
HARVARD
COLLEGE
LIBRARY.

ANALECTA CALLIMACHEA

SCRIPSIT

CAROLVS DILTHEY

BONNAE

APVD MAX. COHEN & FILIVM

1865

Battiadae memoriam longe olim celeberrimam quotquot hodie docti homines antiquam habent, satis illi cordati qui historiae obviam veritatem malint quam ipsorum sensus qualemcunque subtilitatem respicere, ei hoc in genere nihil cupidius exoptant, quam ut tandem aliquando ista fragminum diffusa multitudo digna cura conquiratur disponatur emendetur enarretur. Bentleianum enim opus tametsi extat admirandum in omne tempus monumentum ingeniosae divinandi facilitatis, nunquam non promptae eruditionis, ipsos antiquitatis angulos ingressae lectionis, tamen ille communi suae aetatis in his rebus vitio dicam an propriae virtutis ingenio eo ducebatur, ut minus operae impenderet in fragmentorum absconditam rationem sententiamque eliciendam atque nexum explorandum. quod studium requirit assiduam ac tenacem industriam experiendi multa eadem saepenumero retractandi patientem, rerum cognitionem, maxime fabularis historiae notitiam, constanter advocantem, in poetarum Alexandrinorum loquendi genus totamque ingenii atque artis rationem penitus sese insinuantem, imitationum vestigia sedulo ubique indagantem, vetera Gaecorum lexica impigre volventem, denique adiumentorum magnam partem reconditorum vel minutorum ne reconditissimum quidem minutissimumve spernentem eorum, quibus ad laceras illas reliquias magis magisque intellegendas possis adspirare. huc ubi addideris, quod fragmentis a Bentleio Ernestio Blomfieldio collectis iudicio vel certo vel probabili ducentis plura adici nunc queunt, habebis fere unde factum sit, ut elaborata adhuc

Callimacheae poesis eruditionisque imago multo minus sit expressa ac distincta quam esse et possit et debeat. atque equidem, si mei mentionem tanti nominis memoriae subiungere fas est, cui ante hos tres annos contigisset ut prodita *de vita studiis ingenio scriptis Callimachi* commentatione auferrem praemium ab illustri philosophorum in academia Viadrina ordine constitutum, aliquamdiu, fateor, toto pectore cogitavi de paranda fragmentorum Callimachi nova editione. post cum audirem Ottonem Schneiderum virum doctissimum et acutissimum deque Callimacho dudum merentissimum in eo esse, ut ad umbilicum adduceret longi laboris opus pluribus recenti memoria mente agitatum studio incohatum, cedere potiori haud gravate constitui, ea me consolans consideratione, quod meo alicui incommodo fieret, idem videri Callimachi mei fieri commodo. ac, ne quid celem, deliniebat etiam specula, fore fortassis ut de aetiis Callimachi aliam Schneidero sententiam contingeret persuadere. et *huic quidem quaestioni suum diem dabimus.* in praesentia vero cum operose retractandi et curiose conquirendi declinandus mihi labor sit, imitari poetae mei *angustum pectus* atque edere non ἓν ἄεισμα διηνεκές, sed promiscuas aporematum Callimacheorum ad fragmenta maxime spectantium solutiones in animo est. nam cum universim huic quoque versicolori ac minuto generi sua constare laus debet, modo ut administretur laudabiliter, tum nimirum molienti plenum tam multiplicum tamque variarum quaestionum opus, quale est fragmentorum Callimachi editio, grata ministrari aliorum tenuicula inventa arbitrabar. *οὐδὲ γὰρ ἄνευ σμικρῶν τοὺς μεγάλους φασὶν οἱ λιθολόγοι λίθους εὖ κεῖσθαι* (Plato leg. 10 p. 902 D).

I.

Quattuor eos pentametros, quos ad explicanda pentametri *σχήματα* diversa auctoribus non nominatis deinceps adhibet Hephaestio Alexandrinus p. 97 Gaisf., videri Callimachi esse omnes, idoneis utens argumentis contendit O. Schneiderus philol. VI p. 536 sq. ac de illorum primo quidem forte disputavimus in commentatione de Callim. Cyd. p. 101 sq. n., tertium poetae Cyrenensi e coniectura pridem adscriptum (Callim. frg. 493 Blomf.) huius expresse dicit Choeroboscus in Theodos. p. 193, 12, quartus ad quam Callimacheam materiam pertinuisse videretur non sine magna veritatis specie explicuit Schneiderus l. s., cf. Rauchius die fragm. der ait. des Kallim. p. 115 quemque nominare hic debebat Naekius opusc. II p. 66 sq. restat tractandus versus tertius, qui ceteris est longe notabilior:

τίκτεσθαι· βροντᾶν δ' οὐκ ἐμὸν ἀλλὰ Διός.

munit enim horum intellectum verborum Plutarchus de adulat. et amico c. 10, ubi persequitur adulatoris artificia singulas fautoris facultates prae suis in caelum tollentias: *αὐτός φησι ταχέως τρέχειν, ἵπτασθαι δ' ἐκεῖνον· αὐτὸς ἱππεύειν ἐπιεικῶς, ἀλλὰ τί πρὸς τὸν ἱπποκένταυρον τοῦτον; εὐφυής εἰμι ποιητὴς καὶ στίχον οὐ φαυλότατον γράφων,*

βροντᾶν δ' οὐκ ἐμὸν ἀλλὰ Διός.

unde colligere licet, ipsi quoque primo auctori de poetica facultate illa esse pronuntiata, cum praesertim pateat, talem sententiam, si ad poesin referatur, in Callimachum insigniter convenire, quem dicat *angusto pectore* fuisse ac *non inflatum* Propertius II 1, 40 et III 33 b 22 ed. Haupt[1]) et

1) Compara etiam Prop. V 1, 58 *ei mihi quod nostro est parvus in ore sonus,* cui versui vicina est Callimachi mentio. et Ovidius amor III 1, 64 *iam nunc contracto magnus in ore sonus;* sic enim cum Heinsio corrigo. idem amor. II 1, 11 sq. *ausus eram, memini,*

quem nonnisi tenuia ac tersa poemata probasse nemo ignoret. atque adeo prorsus consimili usus ille est imagine in eo fragmento (319 Bentl. vel Meinekianae choliamborum collectionis p. 165 sq.) quod nunc legitur emendatum et amplificatum in scholiis Hephaestionis Saybantianis p. 36 Gaisf. ed. II

ἥτις τραγῳδὸς Μοῦσα ληκυθίζουσα,

nec minus frg. 306

μή με τὸν ἐν Δωδῶνι λέγοι μόνον οὕνεκα χαλκόν
ἤγειρον [2]),

quod non cum Bentleio Naekioque opusc. II p. 49 credo *dictum in garrulum quendam adversarium Callimachi qui ad dicendum provocatus numquam finem facere potuerit,* sed cautionem potius continere, ne quis ipsum poetam aeris Dodonaei similem [3]) infinita sonare dicat, velut idem in Apoll. 106 personatum Apollonium effantem facit:

---

caelestia dicere bella | centimanumque Gyan, et satis oris erat. Prop. III 10, 12 *magni nunc erit oris opus.*

2) Λεγόμενον est in Stephani Byzantii libris s. v. Δωδώνη. unde Bentleius effecit λελεγμένον assentiente Naekio. at in Choerobosci dictatis in Theodos. quinis iam locis (p. 290, 1; 418, 19; 104, 6; 116, 5; 273, 35) legitur λέγοι μόνον, nonnisi leniter bis obscuratum, λέγοι μοῦνον et λέγε μόνον. atque indidem lucramur illud μή με. Constantinus Lascaris grammaticae libro III, qui Choeroboscum excribens (ut in Callim. frg. 497, cf Choerob. l. s. p. 69, 28; 276, 26) non satis opinor perspexit verborum consecutionem anticipato pronomine difficilem, videtur suopte Marte emendasse εἵνεκα χάλκου. nimirum particulae substituit praepositionem, quare Naekius l. s. p. 52 non debebat admoto εἵνεκα particulae exquisito usu Callimacheo in pretio habere Lascaris scripturam.

3) V. Apostol. VI 43 (in paroemiographis ab Leutschio et Schneidewino editis tom. II p. 374): Δωδωναῖον χαλκεῖον. ἐπὶ τῶν ἀκαταπαύστως καὶ πολλὰ λαλούντων. Δήμων μέν φησιν ἐν τῇ Δωδώνῃ πολλοὺς παραλλήλους κειμένους λέβητας, ὅταν τις ἑνὸς ἅψηται, ἐκ διαδοχῆς πάντας ἠχεῖν. cf. quae hic et ad Zenob. VI 5 (tom. I p. 162) adnotarunt editores Gottingenses quaeque afferuntur ad Suid. Δωδωναῖον χαλκεῖον. neglexit huius proverbii consuetudinem Rauchius l. s. p. 26

οὐκ ἄγαμαι τὸν ἀοιδὸν ὃς οὐ τόσα πόντος ἀείδει.
his consideratis iam non diffides ubi ex ipso Callimacho truncam sententiam ita redintegravero:

μηδ' ἀπ' ἐμεῦ διφᾶτε μέγα ψοφέουσαν ἀοιδὴν
τίκτεσθαι. βροντᾶν οὐκ ἐμὸν ἀλλὰ Διός. [4])

nunc pervides, quod debebant dudum viri docti pervidere, Callimachi frg. 165, nemini illud non usurpatum qui Callimacheae poesis consilium ac rationem describere vellet, ipsum infinitivi detrimento mutilum fuisse.[5]) namque *διφῶ ἀοιδὴν ἀπό τινος* non magis dici potuit quam vel *δίζημαι* vel *ζητῶ ἀοιδὴν ἀπό τινος*, a quo longe discrepat latina locutio *petere aliquid ab aliquo.* nec cito casu factum iam dicemus, quod Propertius l. s. (II 1, 59 sq.) haec iungit:

sed neque Phlegraeos Iovis Enceladique tumultus
intonet angusto pectore Callimachus —.

denique sequitur ex nostra coniectura, Naekium opusc. II

---

n. 47: *fr. 306 Bentl. . . . gehoerte, wie uns scheint, der Antwort auf den Vorwurf an, dunkle Vrspruenge mit orakelhafter Sicherheit verkuendet zu haben.* *χαλκὸν ἐγείρειν* conferri potest cum *οἶμον ἐγείρειν.*

4) Voculam *δέ* quod delevi, id moram non faciet ei qui ipsa fragmentorum tractatione didicerit, quotiens a librariis particula ista fragmentis inseratur. ceterum in Plutarcheo loco ab ipso auctore ob nexus rationem adiecta videtur. nam constat Graecos haec gravioraque in citando admisisse.

5) Grammaticus etymol. m. p. 279. 47 dum nonnisi exemplum verbi *διφᾶν* afferre vult magis ut integrum versum quam sententiam ut integram proponeret curavit. cuius rei exempla e fragmentis Callimachi composuit Naekius opusc. I p. 58 sqq. quibus cum alia poterant addi tum frg. poetae non nominati at Callimachi quod est in Crameri anecd. Ox. I p. 280, 30: *Μνημοσύνης ἡ δωδεγόνου χαρίεντος ἔπισσα.* scribe: *Μνημοσύνης· ἣ δ' ὧδε γόνου χαρίεντος ἔπισσα.* Heckerus comment. de anth. Gr. (ed. I) p. 181 *Μνημοσύνης ἡ δ' ὧδε γόνου* etc., ubi operarum culpa *ἡ* pro *ἣ* legi suspicor; et ita Bergkius anth. lyr. p. 123. recte idem Heckerus ad aetia Callimachique cum Musis colloquia revocavit admonens versuum anth. Pal. VII 42, 7 sq.

αἱ δέ οἱ εἰρομένῳ ἀμφ' ὠγυγίων ἡρώων
αἴτια καὶ μακάρων εἶπον ἀμειβόμεναι.

p. 29 sqq. prooemio Hecales carminis heroici frg, quod tractavimus falso vindicasse. cuius omnino tota ista disputatio multiplici dubitationi obnoxia est. contra in aetion prologo locum illud habuisse, non ilico cum Heckero comment. Callim. p. 51 sqq. affirmare ausim. quippini in epigrammatis? immo nescio an quos ad hanc ipsam ducere opinationem possit aperta imitatio Stratonis anth. Pal. XII 4, 6:

ἑξεπικαιδέκατον δὲ θεῶν ἔτος· ἑβδόματον δὲ
καὶ δέκατον ζητεῖν οὐκ ἐμὸν ἀλλὰ Διός.

Strato enim quantum videre licet, maxime epigrammatum Callimachi aemulus fuit.[6])

Ceterum discitur hoc quoque exemplo, qua fere ratione quibusque argumentis Callimachus carmina condere magna sonantia detrectarit. nam vides eum urbana istic uti ironia (cf. de Callim. Cyd. p. 9 sq.); dum imparem se fatetur grandi materia, ipsam materiae granditatem deridet. ecquem enim fugiet cavillatio quae est in verbis *μέγα ψοφέουσαν* et *τίκτεσθαι* et *βροντᾶν*? qua quidem re confirmari eorum veritatem quae disputavimus de Callim. Cyd. p. 7—26 facile quivis videt.

II.

Ad aliud pergo non minus certum exemplum fragminum Callimachi duorum e coniectura in unum ita coniungendorum, ut mutua se luce illustrent et complementum sententiae utrique suum restituatur.

Qui iambus a Bastio olim ad Gregor. Cor. p. 241 ex

---

6) Cf. Callim. ep. XLV 4 cum anth. Pal. XII 201, 4; Callim. ep. XLIII 5 cum anth. Pal. XII 180, 1; Callim. ep. XLVIII 2 cum anth. Pal. XII 204, 6; ac videtur etiam anth. Pal. XII 191, 4 memor fuisse epigrammatis alicuius Callimachei, de quo relicuum est frg. 363; cf. quae disputantur p. 31 n. 39.

aliquo etymologico Parisino protractus nunc legitur in etymol. Gud. p. 539, 59 et in libro Vossiano etymologici magni s. v. ὑδῶ (ad p. 776, 12 editionis Gaisfordianae)

ὑδεῖν ἔοικε τὴν φερέζωον κόρην [7])

a Naekio Choeril. p. 183, opusc. II p. 48 et 273 probabili ne dicam certo iudicio Callimacho assignatus est. nam et Suidas s. v. ὕδω una cum Callimachi fragmento 477 huius versiculi affert initium et Callimacheum est verbum ὕδειν (cf. in Iov. 76, frg. 477, Naek. l. s. p. 249), sicut φερέζωος perrara vox ab ipsis Callimachei sermonis sectatoribus maxime adhibetur; cf. Naekius opusc. I p. 228, II p. 48.[8]) atque accedit insuper, quod spectat iste versus, ut videbimus, ad historiam fabularem, quam Callimachus in iambis suis praecipue tractavit. iam Naekius aliquanto minus probabiliter tria Callimachi fragmenta iambica hunc in modum composuit:

ὕδειν ἔοικε τὴν φερέζωον κόρην
τὴν ὠγαμέμνων, ὡς ὁ μῦθος, εἵσατο,
τῇ καὶ λίπουρα καὶ μόνωπα θύεται
. . . .
χαῖρ' Εὐκολίνη . . . .

quorum tertium quidem fragminum (72 Bentl.) tale est in etymol. m. p. 392, 27: *Εὐκολίνη. ἡ Ἑκάτη* [9]) *λέγεται παρὰ Καλλιμάχῳ κατὰ ἀντίφρασιν, ἡ μὴ οὖσα εὔκολος.* liber Sorbonicus, qui haud semel est uberior (cf. Bastius ad Gregor. Cor. p. 289), haec habet: *Εὐκολίνη . ἡ Ἑκάτη*

---

7) Varia lectio φυσίζοον (cf. etym. m. l. s. et Bastius ad Gregor. Cor. p. 885) ut quae ex Homero (Γ 243, Φ 63, λ 301, h. in Ven. 125) traducta sit nullius pretii habenda est.

8) Ceterum ex Callimachea iamborum arte praestat facile φερέζοον κόρην. cui formae recentioris aetatis epici φερέζωος substituere potuerunt, ut eidem φυσίζωος scribere maluerunt quam φυσίζοος.

9) Bentleii errorem, qui Hecatae Hecalen substituens pravo loco hoc frg. inculcavit, post Hemsterhusium ad frq. 72 redarguit Naekius opusc. I p. 270 sq.

κατὰ ἀντίφρασιν· οἱονεὶ ἡ μὴ οὖσα εὐχερής· ἔχομεν δὲ τὴν χρῆσιν παρὰ Καλλιμάχῳ, οἷον· χαῖρε Εὐκολίνη. γράφε δὲ διὰ τοῦ ι τῷ λόγῳ τοῦ Εὐηνίνη. at quo pacto Hecate κατ' ἀντίφρασιν potuit εὔκολος vocari? hoc enim nec Hemsterhusius nec Naekius explicuit probabiliter. sive enim intractabilem fuisse Hecaten sive pede debilem dices, neutrum traditur in fabulis; immo posterius redit ad irritam Ruhnkenii coniecturam, qui Bentleianam scripturam Ἑκάλη mente agens apud Suidam Εὐκολίνη. ἡ εὔκολος πόλις scripsit: Εὐκολίνη. ἡ εὔκολος πόδας. Bernhardyus proponit dubitanter: Εὐκολίνη. ἡ εὔκολος. Εὔπολις. fortasse πόλις ex εὔκολος natum. iam vero producam eum locum, qui est Callimachei fragminis commodissimum et complementum et interpretamentum. Eustathius ad Od. p. 1714, 41 sqq. (cf. Callimach. p. 474 Ern. vel p. 224 Blomf.): Ἰστέον δὲ καὶ ὅτι ἐπιρρεπὴς ὁ μῦθος εἰς τὰ κυνώδη πλάσματα, ὃς καὶ τὴν Ἑκάβην ἀπεκύνωσε καὶ [10]) τὴν Ἑκάτην δὲ κυνὸς κεφαλὴν ἔχουσαν πλάττει. καὶ Καλλίμαχος οὖν ἐν ὑπομνήμασιν τὴν Ἄρτεμιν ἐπιξενωθῆναί φησιν Ἐφέσῳ υἱῷ Καΰστρου, ἐκβαλλομένην δὲ ὑπὸ τῆς γυναικὸς τὸ μὲν πρῶτον μεταβαλεῖν αὐτὴν εἰς κύνα, εἶτ' αὖθις ἐλεήσασαν ἀποκαταστῆσαι εἰς ἄνθρωπον, καὶ αὐτὴν μὲν αἰσχυνθεῖσαν ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι ἀπάγξασθαι, τὴν δὲ θεὸν περιθεῖσαν αὐτῇ τὸν οἰκεῖον κόσμον Ἑκάτην ὀνομάσαι. istinc igitur Hecaten Εὐκολίνην *benignam* κατ' ἀντίφρασιν nominatam in eodem hypomnemate prodiderat Callimachus. et iam ultro succurrunt sacrorum rituumque momenta quibus hoc hypomnema suppleamus. qui enim Hecaten salutarunt ludificantes χαῖρ' Εὐκολίνη non alii puto fuerunt quam mendici isti, qui cibos numeniis Hecatae appositos sibi auferre solebant. cumque morem ob ipsam illam Hecates inhospitalitatem esse poenae loco institutum Callimachus narraverat. Aristophanes plut. 594 sqq.

---

10) Ita correxi vulgatam scripturam: κυνώδη φάσματα, ὃς καὶ τὴν Ἑκάβην ἀπεκύνωσε. καὶ etc.

παρὰ τῆς Ἑκάτης ἔξεστιν τοῦτο πυθέσθαι,
εἴτε τὸ πλουτεῖν εἴτε τὸ πεινῆν βέλτιον· φησὶ γὰρ αὕτη,
τοὺς μὲν ἔχοντας καὶ πλουτοῦντας δεῖπνον κατὰ μῆν' ἀποπέμπειν,
τοὺς δὲ πένητας τῶν ἀνθρώπων ἁρπάζειν πρὶν καταθεῖναι.

ad quae scholiographus haec adnotat: τὴν Ἑκάτην ἐν ταῖς τριόδοις ἐτίμων τὸ παλαιόν, διὰ τὸ αὐτὴν Σελήνην καὶ Ἄρτεμιν καὶ Ἑκάτην καλεῖσθαι. κατὰ δὲ νουμηνίαν οἱ πλούσιοι ἔπεμπον δεῖπνον ἑσπέρας, ὥσπερ θυσίαν τῇ Ἑκάτῃ ἐν ταῖς τριόδοις. οἱ δὲ πένητες ἤρχοντο πεινῶντες καὶ ἤσθιον αὐτὰ καὶ ἔλεγον ὅτι ἡ Ἑκάτη ἔφαγεν αὐτά.[11]) iam igitur per coniecturam satis certam addiscimus caerimoniam illam non fuisse Atticorum propriam, sed pariter apud Iones in Asia minore obtinuisse cum Dianae Ephesiacae religione, ut videtur, coniunctam. et vero caerimoniae momentum reteximus adhuc incompertum, siquidem istud χαῖρ' Εὐκολίνη revera in usu viguisse nihil est cur dubites. at explicationem huius moris licet antiquitus traditam prorsus commenticiam esse atque vero absimilem vix opus est ut moneatur. apparet autem e summa eorum quae disputavimus, recte quidem Welckerum Naekianam de fragmento illo coniecturam reiecisse, at improbabilem ipsum sententiam posuisse griech. Goetterl. II p. 414: . . . . . *Hieraus erklaert sich das Fragment des Kallimachos (62) χαῖρ' Εὐκολίνη (εὔκολος freundlich, gutmuethig, mit schmeichelnder Deminutivform), ohne dass man Enantiosemie annimmt: man ruft bei einer Erscheinung oder beim Ansichtigwerden einer fuer ein Gespenst gehaltenen Person die Goettin demuethig und schmeichelnd an.* genuinam nominis Εὐκολίνη rationem num Prellerus griech. Mythol. I p. 247 n. 3 attigerit, nunc nihil attinet exquirere.

---

11) Cf. Hemsterhusius ad Lucian. dial. mort. I 1, vol. II p. 397 sqq. ed. Bipont., Welckerus griech. Goetterl. II p. 411 sq.

Ceterum Callimacheum hypomnema respexit Lucillus anth. Pal. XI 196:

Ῥύγχος ἔχουσα Βιτὼ τριπιθήκινον, οἷον ἰδοῦσαν
τὴν Ἑκάτην [αὐτὴν] οἴομ' ἀπαγχονίσαι,
εἰμί, λέγει, σώφρων etc.

quod cum fugeret Iacobsium, frustra haec ut expediret laboravit. cogita autem Hecaten cum ex cane in humanam speciem retro mutata esset canis caput retinuisse ideoque sese suspendisse. nam Hecate *κυνοκέφαλος* effingebatur.

At nondum mittimus commentarios Callimachi historicos. prius enim ratio est reddenda, quo iure de Callimacheis hypomnematis tam dixerim confidenter. namque essentne Callimachi quae ferebantur eius hypomnemata an potius Zenodoti Mallotae antiquo tempore dubitatum esse, vulgo concludunt[12]) ex Athenaei verbis III p. 95 f: *ὅτι δ' ὄντως Ἀφροδίτῃ ὗς θύεται μαρτυρεῖ Καλλίμαχος ἢ Ζηνόδοτος ἐν ἱστορικοῖς ὑπομνήμασι γράφων ὧδε· 'Ἀργεῖοι Ἀφροδίτῃ ὗν θύουσι καὶ ἡ ἑορτὴ καλεῖται ὑστήρια.'* at nec per se credibile hoc est et alio ducunt scholia Eurip. Rhes. 28: . . . *καθάπερ καὶ Καλλίμαχος, Ζηνόδοτος δ' ἐξ αὐτοῦ.* Zenodotus in suis commentariis, quae *ἐπιτομαί* vocantur Athen. X 412 a, excerpsit Callimachum, id quod O. Schneiderum in ephemerid. litterar. Ienens. a. 1848 p. 873 non latuit. modo ne is dixisset, Callimachi hypomnematon Zenodotea fuisse epitomam. nam haec excerpta quae iterum excerperentur parum hercle apta fuere. ita se, inquam, res habet. Zenodotus singulis hypomnematon articulis auctorum (*τῶν προιστορησάντων*) mentionem praeposuerat. itaque Athenaeus cum istic Callimachum nominatum invenisset scripsit: *Καλλίμαχος, ἢ Ζηνόδοτος ἐν ἱστορικοῖς ὑπομνήμασιν.* quam ob rem nullam caussam

---

12) Cf. Heffterus de Zenodoto eiusque studiis Homericis, Brandenb. 1839 p. 10, E. Koepkius de hypomnematis ibid. 1842 p 12, Pluygersius de Zenodoti carminum Homericor. editione p. 12, Heckerus comm. Callim. p. 16.

video, cur Callimachi testimonium de suibus Veneri ab Argivis immolari solitis hypomnematon potissimum reliquiis interponatur. cedat autem in huius locum hypomnema Bentleianis addendum ex schol. Theocr. XVII 98: περὶ τοῦ Νείλου Καλλίμαχος ἐν ἑνί που τῶν ὑπομνημάτων φησὶν εἰρηκέναι τινάς, Μιλησίους κτίσαντας τὴν Ναύκρατιν προσαγορεῦσαι τὸν κατ' Αἴγυπτον ποταμὸν ἀπὸ τοῦ κτίστου Νείλεω θεμένους τὴν προσηγορίαν. ceterum dignum notatu est, quod Callimachi ipsi commentarii historici, in quos excerpta omnigena coniciebantur (cf. E. Koepkius de hypomnematis Graecis p. 10 sqq.), videntur ad fabularia argumenta aetiologici maxime coloris spectasse. quod etiam ad frg. ab Harpocratione s. v. Ἄκη conservatum pertinere docebit eorum comparatio quae narrat Stephanus Byzantius s. v. Πτολεμαΐς.

Ad ceteros quos a Naekio iunctos supra apposui iambos ut recurram, ne hos quidem recte ille copulavit. nam φερέζωος κόρη non est Diana Amarycia vel Colaenis, de qua in alteris duobus versiculis sermo est, sed potius Leucophrye virgo, quae in Dianae numen recepta herois Magnesiae potissimum colebatur. in hanc enim, cum a Diana Ephesiaca non diversa fuerit [13]), convenit appellatio φερέζωος κόρη. atque eam ipsam a Callimacho in iambis celebratam esse docet aliud frg. in Crameri anecd. Ox. III p. 261, 31:

πελίοντε Μάγνησσαν κόραν.

quod iam Bergkius poet. lyr. p. 1069 ad frg. adesp. 125 postque hunc Rauchius l. s. p. 33 n. 54 Callimacho tribuerunt ob Stephani testimonium (Callim. frg. 334): Μαγνησία . . . ὁ πολίτης ὁμώνυμος τῷ οἰκιστῇ· τὸ θηλυκὸν Μάγνησσα παρὰ Καλλιμάχῳ καὶ Μαγνησὶς παρὰ Παρθενίῳ καὶ Μαγνῆτις παρὰ Σοφοκλεῖ. [14]) πελίοντε, quod est Πελίου

---

13) Cf. Heynius antiquar. Aufs. I p. 109, Buttmannus mythol. II p. 134, Prellerus griech. Mythol. I p. 244.

14) Errat igitur O. Schneiderus proleg. in Callim. aet. p. 11.

τε, cum omni sensu careat,[15]) corrigo *πελιάν τε*, idque revoco ad aliquam nominis *Λευκοφρύης* explicationem, quae similis fere illius fuerit Apollod. I 9, 8: *ἐκκειμένων δὲ τῶν βρεφῶν, παριόντων ἱπποφορβῶν ἵππος μία προσαψαμένη τῇ χηλῇ θατέρου τῶν βρεφῶν πελιόν τι τοῦ προσώπου μέρος ἐποίησεν, ὁ δὲ ἱπποφορβὸς ἀμφοτέρους τοὺς παῖδας ἀνελόμενος ἔθρεψε καὶ τὸν μὲν πελιωθέντα Πελίαν ἐκάλεσε, τὸν δὲ ἕτερον Νηλέα.* historia vero Leucophryes quamvis nusquam explicate tota prodatur (cf. Parthen. narr. am. 5. extr.) tamen facili opera e cognatis fabulis suppleri potest. moneo de Scylla, de Tarpeia (Prop. V 4), de Pisidice (Parthen. 21), aliis, quae hostilium ducum desiderio correptae patriam urbem prodiderunt poenasque proditionis morte luerunt. nec dissimilem exitum videntur habuisse historiae Moneiae (schol. Il. *Z* 35 et Eustath. ad Il. l. s. p. 623, 17 sqq.) et Nanidis (Parthen. 22). cf. Welckerus ep. Cycl. I p. 282 n. 458.

III.

Ad sententiam Homericam *O* 628 *τυτθὸν γὰρ ὑπὲκ θανάτοιο φέρονται* (scil. *ναῦται*) haec adnotantur in utrisque Venetis libris et Lipsiensi: *πρῶτος δὲ εἶπε τὸ Ἀναχάρσιδος τοῦ Σκύθου, ὃς ἐρόμενός τινα τῶν ναυτῶν ʻπόσον ἀπέχομεν τοῦ ὕδατοςʼ καὶ μαθὼν ὡς τέσσαρας δακτύλους ʻτοσοῦτον, φησί, καὶ τοῦ θανάτου.ʼ καὶ Ἄρατος· ὀλίγον δὲ διὰ ξύλον.* quibus addit Victorianus: *καὶ Καλλίμαχος· μέσον ἐπὶ ναύταις.* poetae verba qualia produntur *mutila et corrupta* Blomfieldius fragmentis interposuit (474), neque inventus est qui ad integritatem ea reducere conaretur. at vis quidem et ratio istorum ambigi nequit, ubi Homeri

---

15) Bergkius l. s. qui scribit *Πελίου τε* priore loco hanc sententiam ponit: *fortasse Stesichori vel Ibyci est ex Πελίου ἄθλοις, nisi rectius* etc. verum haec minus probabilia sunt.

Aratique considerabis sententias, quibus Callimachea aequiparatur. requirimus enim prae ceteris exiguitatis notionem, quae cum grammatico unice obversaretur contentus erat ad lemma τυτθὸν γάρ adscribere Arateorum nihil ultra haec: ὀλίγον δὲ διὰ ξύλον, nisi forte per librariorum excerptorumque pigritiam mutilata est sententia phaen. 299: ὀλίγον δὲ διὰ ξύλον ἄϊδ' ἐρύκει. itaque noli dubitare, quin Callimachus non scripserit μέσσον sed potius μ ε ῖ σ τ ο ν. hanc enim rarissimam formam superlativam adiectivi μικρός μείων (ut πλείων πλεῖστος) servavit Hesychius, qui ipsum, ni fallor, Callimachum ut centiens alias tacite respiciens [16]) scribit: μεῖστον. ἐλάχιστον. de ceteris aliquanto minus expeditum est iudicium. in ἐπί ferret sane metrica Callimachi ars productam arsi ι ante ν non minus quam ἐπὶ μέγα in Dian. 55 et 61, ἔνι Λιπάρῃ ibid. 47, μάλα μέγαν ibid. 150; [17]) etiam quae *Cyrenaei* verba esse dicuntur

---

16) Addo hac occasione quod in commentatione de Callim. Cyd. p. 88 afferendum erat incerti poetae frg. ab Hesychio servatum εἴδεος ἧκε σέλας· μορφῆς ἀφῆκε. φῶς, fortasse ex ipsa Cydippa illud a Pamphilo excerptum. et de Acontio rus itante a sodalibusque Laerte hinc appellato fortasse usurpatum est vocabulum ἀγρομανής, quod restituit Meinekius (philol. XVIIII p. 717) apud Hesychium ἀγρομενής· ὁ ἐν ἀγρῷ διατρίβων καὶ εἰς ἄστυ μὴ κατιών. ad Acontii Cydippaeque congressum (cf. l. s. p. 49 sqq.) facile spectat eiusdem Hesychii glossa ἤβολον ἦμαρ. καθὸ ἀπαντῶσιν εἰς ταὐτόν. ἢ εὔκαιρον. ἱερόν. cf. Callim. frg. 455 Blmf. indidem possunt ducta esse verba νύμφην γε νέην. νεωστὶ νενυμφευμένην. Callimachi hemistichium in schol. Soph. Antig. 1036 ἐποιήσαντό με φόρτον, quod omissum et in fragmentorum Callimachi collectione et in scholiorum Sophoclis indicibus monuit iam G. Wolfius de scholiis Soph. Laurentianis p. 23, Acontio dare querenti nolui, perinde atque alia quaedam frustula, quibus exornare eundem locum poteram.

17) Meinekius Callim. p. 232 huc trahit etiam in Del. 292 Οὖπίς τε Λοξώ τε et in Iov. 36 μετά γε Στύγα τε Φιλύρην τε, praeterquam quod in Cerer. 103 coniectura ni fallor supervacanea ponit ἐνὶ θαλάμοισιν. at interest aliquid inter illa quae supra commemoravi et duo

in Crameri anecd. Ox. I p. 64, 7 *ἀσσωτέρω καθίσασα παρὰ πυρί* Callimachea vere esse, non Homerica (cf. ϱ 572), videntur. at vero in eam sententiam quae necessario restituenda est nullo pacto *ἐπί* quadrat. scribere posses *μεῖστον ὑπαὶ ναύταις*, ni *ὑπαί* forma a Callimacho prorsus aliena esset. itaque plus haberet probabilitatis *μεῖστον δ' ὑπὸ ναύταις* vel *μεῖστον ὕπεστιν | ναύταις*. sed propius abest a tradito *μεῖστον ἐπεὶ ναύταις*, quod mihi videtur omnes probabilitatis numeros ita explere, ut pro vero fere possit haberi. ac fortasse uno verbo ista adaugere licet:

---

haec exempla. in quibus eo consilio poeta sibi assumit illam licentiam, ut iterata vocula *τέ* semel in arsin cadat producta semel brevis in thesin. nam hoc artificio mirum quam saepe Callimachus numeros distinguit. cf. in Iov. 55 *καλὰ μὲν ἠέξευ καλὰ δ'ἔτραφες* (Euphorio frg. dub. 2 in Meinekii analect. scripsit *καλαὶ μέν ποτ' ἔσαν, καλαὶ αἱ φόβαι Εὐτελίδαο*, non *καλαὶ φόβαι*), in Apoll. 2 *ἑκὰς ἑκὰς ὅστις ἀλιτρός*, ibid. 97 *ἰὴ ἰὴ Παιῆον*, ibid. 103 eadem, epigr. XXVIIII 3 *καλὸς ὁ παῖς, Ἀχελῷε, λίην καλός* (hariolatur Cobetus mnemos. X p. 406 sq. cf. O. Schneiderus philol. XX p. 151 sq.). atque ita omnino variare quocumque modo quantitatem vel accentum in vocabulis repetitis vel membris parilibus impense amat. cf. in Apoll. 19 *ἦ κίθαριν ἤ*, in Dian. 14 *πάσας εἰναέτεας, πάσας ἔτι*, 43 eadem, 63 *οὔτ' ἄντην ἰδέειν οὔτε κτύπον*, 138 *τῇ ἔνι μὲν Λητοῦς γάμος ἔσσεται. ἐν δέ*, in Del. 70 *φεῦγε μὲν Ἀρκαδίη, φεῦγεν δ' ὄρος*, 194 *ἔνθα Νότος ἔνθ' Εὖρος*, 204 *πέρα πέρα εἰς ἐμέ*, 280 *αἵ τε πρὸς ἠοίην αἵ θ' ἕσπερον αἵτ' ἀνὰ μέσσην*, in Cerer. 64 *τεύχεο δῶμα, κύον κύον, ᾧ ἔνι*, 87 *ἦ ἔπεσ' ἐξ ἵππων ἦ ἐν*, 92 *ὡς δὲ Μίμαντι χιών, ὡς*, 120 *χαῖρε πολυτρόφε πουλυμέδιμνε*, in lav. Min. 139 *σύν τ' εὐαγορίᾳ σύν τ' εὔγμασι σύν τ' ὀλολυγαῖς*. non dispar arte versus anonymi, facile Callimachi, apud Plut. de curios. 1: *ὅσσον ὕδωρ κατ' Ἀλίζονος ἢ δρυὸς ἀμφὶ πέτηλα.* emendo:

ὅσσον ὕδωρ κατακλύζον, ὅσα δρυὸς ἄμφι πέτηλα.

cf. Anacreonticor. XIII 1 sqq. Bergk., Manil. V 731 sq. (Ovid. trist. V 2, 23 sqq. ex P. II 7, 25 sqq. alias, Verg. Aen. VI 309). iam facile perspicis, ad idem studium redire alternandi artes Callimacheas a Meinekio Callim. p. 207 sqq. subtiliter explicatas. latini poetae maxime Ovidius et Propertius quo pacto talia aemulati sint enarrare longum est.

μεῖστον ἐπεὶ ναύταις [*ξύλον*][18])
denique ut sententiam certe compleamus cum versum non possimus, sequebantur ni fallor quaedam similia Arateis *αἶψ' ἐρύκει*. similiter Sophocles frg. 508 Nauck. *λεπταῖς ἐπὶ ῥιπῖσιν ἐμπολὰς μακρὰς | ἀεὶ παραρρίπτοντες οἱ πολύφθοροι | ἢ ᾽σωσαν ἢ ᾽κέρδαναν ἢ διώλεσαν.* Euripides, ni fallit suspitio (cf. infra), apud Dion. Chrysost. 64, 9 de nautis: *σώζει δὲ πεύκινον τριδάκτυλον ξύλον.* Libanius *σύγκρισις ναυτιλίας καὶ γεωργίας* tom. IV p. 992 ed. Reisk. *οἱ πλωτῆρες δὲ ἐπειδὴ λύσαντες παραμείψωσι τῶν λιμένων τὰ στόματα πλησίον ἔχοντες τὸν θάνατον πλέουσι, λεπτὴν ἔχοντες εἰς σωτηρίαν ἐλπίδα τὰ ξύλα, ἐφ' ὧν φέρονται.* Iuvenalis XII 57 *i nunc et ventis animam committe dolato | confisus ligno, digitis a morte remotus | quattuor aut septem, si sit latissima taeda.* ac redeunt ad eandem sententiam oblitteratam quidem illam Hermanni coniecturis versus Aeschyli sept. 739 sqq.

κακῶν δ' ὥσπερ θάλασσα κῦμ' ἄγει·
τὸ μὲν πίτνον, ἄλλο δ' ἀείρει
τρίχαλον, ὃ καὶ περὶ πρύμναν πόλεως καχλάζει.
μεταξὺ δ' ἀλκὰ δι' ὀλίγου τείνει πύργος ἐν εὔρει.

Seneca controv. VII p. 187, 21 Burs. de navigio: *parva materia seiungit fata.*

Ad sedem verborum Callimachi istorum genuinam quod pertinet, ea ex epigrammate servata esse sepulcrali in hominem naufragio absumptum scripto haud sane improbabiliter conieceris. his enim tales de navigationis periculis querimoniae inseri solebant. ac licet etiam longius progredi divinando. nam Blomfieldius, qui raro aliquid boni adspersit, hoc certe loco videtur veram viam

---

18) Cf. Aratus l. s. ab Antiphilo anth. Pal. IX 29 navis dicitur *δόλιον ξύλον*, a Mardonio apud. Plut. Aristid. c. 10 *θαλάσσιον ξύλον.* de Euripide et Libanio et Iuvenale v. infra. idem est quod latini poetae navem saepe vocant *trabem.*

monstrasse cum adnotat: *vide an mutilae et corruptae voces pertineant ad fragmentum CXI.* Callimachi fragmentum vel potius fragmenta quae commemorat habet Stobaeus *NΘ* sub titulo *περὶ ναυτιλίας καὶ ναυαγίου*, 10:

εὖτ' ἀνέμων μεγάλων πνεῦμα διωλύγιον

. . . .

τρίσμακαρ· ἢ παύρων ὄλβιός ἐσσι μέτα,
ναυτιλίης ὃς νῆιν ἔχεις βίον· ἀλλ' ἐμὸς αἰὼν
κύμασιν αἰθυίης μᾶλλον ἐσφκίσατο. [19]).

in libris scriptis primo versui vulgo praefigitur *Καλλιμάχου*, tribus qui insecuntur *τοῦ αὐτοῦ*, in libro Escorialensi optimo, quod me docuit Duebnerus [20]), altero loco repetitur *Καλλιμάχου.* totus vero habitus quattuor versuum satis certo indicio est, hoc loco priusquam gravem labem archetypus traxerit, qua et ante v. 1 et inter v. 1 et 2 plura exhausta sint, integrum epigramma perscriptum fuisse. atque in eis quos periisse dixi versiculis fuit, nisi me fallit, ille ipse a quo sumus exorsi. quae quidem coniectura facile vel ab hac commendatur consideratione, quod submirandum videretur, nitidam sententiolam Callimachi, quem Stobaeus alioquin diligenter ad partes vocat, esse istic neglectam, ubi apponantur sententiae Homeri et Arati quas cum Callimachea comparavit scholiographus Homericus et ne Sophoclis quidem versus a nobis supra allati omittantur, [21]) cum praesertim talia Callimachi acute dicta admo-

---

19) V. 1 servata codicum scriptura *ἀνέμων μεγάλων* recepi Dacieriae emendationem *πνεῦμα* (libri *κῦμα*), quae mihi videtur confirmari Antiphili epigrammate anth. Pal. VII 641, 4:

εὖτ' ἂν θλιβομένοιο ποτὶ στενὸν ὕδατος ἀὴρ
αὐλὸν ἀποστείλῃ πνεῦμα διωλύγιον —.

cetera Meinekium Callim. p. 297 secutus constitui. inter v. 1 et 3 possunt etiam tres versus intercidisse.

20) In ceteris nihil habet discrepantiae quod notatu dignum sit.

21) Quamquam nolo tacere huius quidem argumenti vim eo imminui non infringi, quod Euripidis quidam versus eundem locum communem tractantes apud Stobaeum l. s. desunt. Dio Chrysost. 64, 9:

dum celebrata fuisse sat multis constet indiciis. quae cum ita sint, tituli istius fragmina ita ordinanda videntur:

μεῖστον ἐπεὶ ναύταις [*ξύλον*] . . . . .
εὖτ' ἀνέμων μεγάλων πνεῦμα διωλύγιον
. . . .
τρίσμακαρ. ἢ παύρων e. q. s.

IV.

Placet subiungere alius fragmenti ex eodem Hesychio petitam emendationem.

Schol. Nic. alexiph. 450: *ὄμπαι οἱ μέλιτι δεδευμένοι πυροί. καὶ Καλλίμαχος·*

ἐν δὲ θεοῖσιν ἐπὶ φλογὶ καιέμεν ὄμπνας. [22])

τούτους γὰρ Δήμητρι ἔθυον. Νίκανδρος δ' ἰδίως εἴρηκε τὰ κηρία ὄμπας (Callim. frg. 268).

Scholiastae verbis si potest fides haberi, Callimachus placenta potius Cereri dixit quam diis (*θεοῖσι*) polluceri. quae enim adicit *τούτους γὰρ Δήμητρι ἔθυον* cum suapte ratione et collocatione ad praegressum fragmentum pertineant tum ne possunt quidem ad Nicandri eum versum spectare cui scholium illud adscriptum est, quoniam longe ibi aliud agitur. denique extrema *Νίκανδρος δ' ἰδίως* etc.

εἶτα Εὐριπίδης τὸν ναύτην μέμφεται ἀωρὶ πόντου κύματ' εὐρέος περῶντα. καὶ διὰ τῶν ἑξῆς ἐπιτιμᾷ λέγων ὅτι σμικραῖς ἑαυτοὺς ἐπιτρέπουσιν ἐλπίσιν. ὦ παῖ Μνησαρχίδου, ποιητὴς μόνον ἦσθα, σοφὸς δὲ οὐδαμῶς. οὔτε γὰρ πίττῃ τὴν ψυχὴν οὔτε σχοινίοις ἐπιτρέπουσιν οὔτε τριδάκτυλον αὐτοὺς σώζει ξύλον πεύκινον, ἀλλ' ἐπέτρεψαν βεβαίῳ καὶ μεγάλῳ πράγματι, τῇ τύχῃ. cf. Valckenarii diatr. in Eurip. perdit. dram. rel. p. 247 sqq. Welckerus griech. Tragoed. p. 781 sq. — Nauckius Eurip. inc. fab. frg. 913 non credit ex Euripide desumpta esse verba *τριδάκτυλον .... πεύκινον*. mihi quidem hi fere versus se videntur excepisse:

σμικραῖς ἑαυτοὺς ἐπιτρέπουσιν ἐλπίσιν,
σώζει δὲ πεύκινον τριδάκτυλον. ξύλον.

22) Lobeckius Aglaophami p. 1072 nescio cur *δαιέμεν* ponat.

distincte commonstrant, ad Callimachum spectare quae antecedunt. hinc sequitur, ut vitium lateat in *θεοῖσιν*. scripsit autem Callimachus, nisi fallor:

ἐν δὲ θύοισιν ἐπὶ φλογὶ καιέμεν ὄμπνας.

Hesychius: *θύα, ἀρτύματα. Κύπριοι. ἔνιοι τὰ ἀρώματα. Καλλίμαχος* (Callim. frg. 354).[23]) ac fortasse nimiae audaciae non fuerit supplere:

ἐν δὲ θύοισιν ἐπὶ φλογὶ καιέμεν ὄμπνας
Δηοῖ —.

itaque minus recte iudicavit O. Schneiderus philol. VI 534: *ἐν δέ relatum fuisse suspicor ad praegressum nomen κύρβεις (cf. frg. 456).* neque vero proditum usquam invenitur, in illis columellis vel immolatum esse vel Triptolemi praecepta (cf. Schneiderus l. s.) fuisse inscripta. cf. Prelleri accurata disputatio Polemonis p. 87 sqq.

V.

Suidas *Αἴθυια. ἡ ἴγδη. καὶ ἡ θαλαττία ὄρνις.*
αἰθυίης ὑπὸ πτερύγεσσιν ἔλυσαν πείσματα νηός.
αἱ γὰρ αἴθυιαι ὅταν δύνωσι κάκιστος οἰωνὸς ὑπάρχει τοῖς πλέουσι.

E quibus Bernhardyus talem versum procudit:

αἴθυι' ἧς πτερύγεσσιν ἔλυσαν πείσματα νηός.

atque Heckerus comment. Callim. p. 100 hunce isto hercle non belliorem:

αἰθυίης πτερύγεσσιν ἔλυσ' ὑπὸ (sic) *πείσματα νηός.*

aliquanto probabilius nuper Meinekius ad Callim. in lav. Min. 124

αἰθυίης πτερύγεσσιν ἐλύσατο πείσματα νηός,

nisi quod violentius delet praepositionem *ὑπό*, quae manifesto de versu praegresso superest residua. nec enim

---

23) De re ipsa cf. v. c. Porphyrius de abstin. p. 84 sq. ed. Nauck.

magis *αἰθυίης πτερύγεσσιν* potest esse *fulicis volitantibus*, quam frg. 187 recte scribitur:

Φοῖβος Ὑπερβορέοισιν ὄνων ἐπιτέλλεται ἱροῖς.

Sol apud Hyperboreos oritur inter asinorum sacrificia. scribe *ἐποφέλλεται*, *adaugetur*. integram vero atque absolutam sententiam redipiscemur ubi consideravimus tum Suidae verba quae interpretationis gratia subiciuntur tum Callimachi versum qui legitur in lav. Min. 124:

*γνωσεῖται δ' ὄρνιχας, ὃς αἴσιος οἵ τε πέτονται
ἤλιθα καὶ ποίων οὐκ ἀγαθαὶ πτέρυγες.*

scripsit igitur poeta anonymus, quem iam concedes videri ab illius versus artifice non diversum esse:

*ὑπ' αἰθυίης
οὐκ ἀγαθαῖς πτερύγεσσιν ἐλύσατο πείσματα νηός.*

quae mutilabantur turbabanturque vel pigro quodam librario proditam in brevius contrahente sententiam, id quod in his frustis haud raro usu venit, vel verbis *οὐκ ἀγαθαῖς* post *ὑπ' αἰθυίης* ob similitudinem litterarum omissis. dein fieri ex facili potuit ut *ὑπό* transponeretur. apposite Meinekius ad lav. Min. 124 cum praesens fragmen attulit tum quod est inter Callimachea 318:

κάρτ' ἀγαθὴ κικυμίς.

quod ipsum augendum videtur hemistichio adespoto apud Stephan. Byz. *Πειραιός. Πειρητίδος ἱερὸς ὄρνις. dicit opinor noctuam Minervae* rectissime Meinekius anal. Alex. p. 292. iunge:

κάρτ' ἀγαθὴ κικυμὶς Πειρητίδος ἱερὸς ὄρνις. 24)

Videtur fragmen cui operam navavimus pertinere ad procellae descriptionem, quae in aetiis alicubi inserta fuit. namque probabile est, vicinam sedem habuisse frg. 167. ac patet vel clarissime, perverso usum iudicio Heckerum

---

24) Fideiussor coniecturae ipse scholiasta Aristoph. av. 261: *κικκαβαῦ. τὰς γλαῦκας οὕτω φωνεῖν λέγουσιν, ὅθεν κικκαβὰς αὐτὰς λέγουσιν. ἔστι δὲ ἱερὰ τῆς Ἀθηνᾶς. οἱ δὲ κικυμίδας, ὡς Καλλίμαχος· 'κάρτ' ἀγαθὴ κικυμίς.'*

l. s. versum istum in Hecalen carmen heroicum coegisse. cf. etiam Meinekius Callim. p. 308.

VI.

Suidas s. v. *μαλκίστατον* hoc interponit adespoton hemistichium:

τόδε μοι μαλκίστατον ἦμαρ.

quae verba esse Hecales Theseum ex hospitio suo moeste dimittentis coniciunt Naekius opusc. II p. 239 et Heckerus comment. Callim. p. 123, *ludendi venia usus* ille, hic confidentius, quoniam caput induxerat, Suidam, qui *Hecalen manibus versasset* (p. 86), quae proferret sine auctoris nomine fragmenta epica ex illo carmine sumpsisse pleraque.[25]) at videre uterque debebat, Suidae explicationem *μαλκίστατον· ψυχρότατον, τόδ' ἐμοί* etc. nec cum ea quam statuunt interpretatione nec vero cum ipsis poetae verbis qualia leguntur posse conciliari, quando quidem nemo dicet dictumve intelleget: *τόδε ἐμοὶ ψυχρότατον ἦμαρ.* perspexit autem hoc O. Schneiderus, qui philol. IV p. 565 correxit

[ψύξει] τόδε μοι μαλκίστατον ἧ π α ρ,

comparato Aesch. Prom. v. 692: *πήματα, λύματα, δείματ' ἐμὰν | ἀμφάκει κέντρῳ ψύχειν ψυχάν.* verum, ut scripserit Aeschylus *ψύχειν ψυχάν*, quod dudum Meinekius emendavit *ψήχειν* (Dindorfius *ψήξειν*) *ψυχάν*, tamen *ψυχρὸν ἧπαρ* vix ac ne vix quidem sermonis Gracci usus fert. nam iunguntur quidem a poetis haece quaeque finitima sint: *ἧπαρ dolore* (vel quocunque affectu) *tangitur, percutitur;* at *ἧπαρ frigescit* similesque translationes diligenter omnes caverunt. reponendum puto:

τὸ δέ μοι μαλκίστατον ε ἶ α ρ.

---

25) Cf. O. Schneiderus de Callim. oper. tab. quae extat ap. Suid. p. 1 sqq, nostra commentatio de Callim. Cyd. p. 100, 1.

corrumpebatur *εἴαρ* in *ἦαρ*. Hesychius. *εἶαρ· αἷμα, ἡ ψυχή*, et *ἦαρ· αἷμα, ψυχή*. atque hoc ipsum vocabulum satis rarum atque exquisitum in caussa est, cur hemistichium illud Callimachi esse credamus, qui sanguinem *εἶαρ* dixit frg. 247 *τὸ δ' ἐκ μέλαν εἶαρ ἔλαπτεν* et frg. 492 *ἧχι κονίστραι | ἄξεινοι λυθρῷ τε καὶ εἴαρι πεπλήθωσιν* (cf. Naekius opusc. II p. 184 sq.).[27]) pro *τόδε* scripsi *τὸ δέ*.

VII.

Varie turbatum est, ut intellegi vix queat, at lenibus sanabile medelis Callimachi frg. 399, quod petitum est ex Plinio n. h. VII 48:

Consecratus est vivos sentiensque eiusdem oraculi iussu et Iovis deorum summi adstipulatu Euthymus pycta, semper Olympiae victor et semel victus.[28]) *patria ei Locri in Italia. ibi imaginem eius et Olympiae alteram eodem die tactam fulmine Callimachum ut nihil aliud miratum video ad eumque iussisse sacrificari, quod et vivo factitatum et mortuo, nihilque adeo mirum aliud quam placuisse dis.*[29])

---

26) Naekius: *τόδε μοι* etc., *haec mihi crudelissima, mortifera dies qua tibi vale dico vel quum audiero aliquid tibi accidisse.* Heckerus: *deinde dixisse videtur τόδε μοι etc. quo tuam mortem comperiam.*

27) Et oleum in schol. Nic. alexiph. 87 (Callim. frg. 201): *εἶαρ ὑπὸ νεωτέρων τὸ αἷμα. καὶ Καλλίμαχος . . . .*

πολλάκι δ' ἐκ λύχνου πῖον ἔλειξεν ἔαρ.

28) O. Iahnius me monet: *deest loci indicium, ubi semel victus fuerit, qui Olympiae semper victor fuit, nisi potius ex fide Pausaniae VI 6, 4 sqq. scribendum: s a e p e vel t e r Olympiae victor.*

29) Iahnius ex verbis *nihil aliud miratum video* dittographia haec nata putat *nihilque adeo mirum aliud,* proponitque hanc emendandi viam: . . . . *fulmine [referunt] deumque ei iussisse sacrificari, quod et vivo factitatum et mortuo dis placuisse Callimachum ut nihil aliud miratum video.*

Scribe: *ibi imaginem eius et Olympiae alteram eodem die taotam fulmine Callimachum ut nihil aliud miratum video d e u m q u e e i iusisse sacrificari, quod et vivo factitatum et mortuo nihilque adeo mirum [aliud] umquam placuisse dis.* corruptelarum via ubique in aperto. *ei* inter *e* et *i* facile potuit intercidere, *aliud* circumscripsi, cum e superioribus *ut nihil aliud miratum* huc delatum videatur. quo facilius vocabuli *umquam* prior syllaba per praegressas litteras absorberi potuit. denique *deumque* video iam Dalecampium coniecisse, quod non receptum est ab Silligio continentia ni in Silligio esset prorsus mirabili. compones vero facile extrema haec cum verbis *eiusdem oraculi iussu et Iovis deorum summi adstipulatu.* nam deus Apollo edito Delphis oraculo iussit sacrificia institui, adstipulatus Iupiter est fulmine misso. constat enim ictum fulminis pro declaratione divini favoris a veteribus habitum esse. de bidentalibus Romanorum ne moneam, Euripidis tumulus ferebatur fulgure tactus esse, qua de re iudicat Plutarchus v. Lycurgi c. 31: *λέγεται . . . . τοῦτο δ' οὐ ῥᾳδίως ἑτέρῳ τινὶ τῶν ἐπιφανῶν πλὴν Εὐριπίδῃ συμπεσεῖν.* Artemidorus onirocr. II 9 p. 91: *ἀ θ λ η τ ὰ ς δὲ ἐνδόξους ὁ κεραυνὸς ποιεῖ καὶ πάντας φιλολόγους καὶ τοὺς εἰς τὸ μέσον παρέρχεσθαι βουλομένους. ἐν δὲ ταῖς δίκαις ταῖς περὶ ἐπιτιμίας συμφέρει τὸ δοκεῖν κεραυνοῦσθαι· οὐδεὶς γὰρ κεραυνωθεὶς ἄτιμός ἐστιν, ὅ π ο υ γ ε κ α ὶ ὡ ς θ ε ὸ ς τ ι μ ᾶ τ α ι.*

Nec frustra anquiremus, in quo opere Callimachus hanc historiolam tetigisse videatur. quamquam Silligium quidem confidenter adnotantem *ubi vix fugere quemquam potest esse* (sic) *ex libro Callimachi περὶ θαυμασίων* fugit certe verum. namque mirabilium libri aliam rationem fuisse docent quae satis multae atque amplae supersunt reliquiae. refero ad librum *περὶ ἀγώνων* (cf. Callim. frg. 1),[30]) affinitate fretus manifesta eorum quae ex Theo-

30) Cave enim fidem habeas ullam Bernhardyo qui in Eratosth.

dori Hierapolitae certaminum libro refert Athenaeus X p. 412 e et p. 413 b: *Μίλων δ' ὁ Κροτωνιάτης, ὥς φησιν ὁ Ἱεραπολίτης Θεόδωρος ἐν τοῖς περὶ ἀγώνων, ἤσθιε μνᾶς κρεῶν εἴκοσι καὶ τοσαύτας ἄρτων οἴνου τε τρεῖς χόας ἔπινεν. ἐν δὲ Ὀλυμπίᾳ ταῦρον ἀναθέμενος τοῖς ὤμοις τετραετῆ καὶ τοῦτον περιενέγκας τὸ στάδιον μετὰ ταῦτα δαιτρεύσας μόνος αὐτὸν κατέφαγεν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ.* atque altero loco: *τοῦ Πέρσου δ' αὐτὸν (Ἀστυάνακτα τὸν Μιλήσιον) ἀξιώσαντος, ὡς ὁ Θεόδωρος ἱστορεῖ, ἄξιόν τι ποιῆσαι τῶν κατὰ τὴν ἰσχύν, φακὸν τῆς κλίνης περίχαλκον ὄντα κλάσας ἐξέτεινε μαλάξας. τελευτήσαντος δ' αὐτοῦ καὶ κατακαυθέντος οὐκ ἐχώρησε μία ὑδρία τὰ ὀστέα, μόλις δὲ δύο. καὶ τὰ τοῖς ἐννέα ἀνδράσι παρεσκευασμένα παρὰ τῷ Ἀριοβαρζάνῃ εἰς τὸ δεῖπνον μόνον καταφαγεῖν.* statuit sane post alios O. Schneiderus proleg. in Callim. aet. p. 5 sqq. et nuperrime philol. XX p. 164 sq. *περὶ ἀγώνων* titulum esse poetici operis Callimachei et quidem unius aetion libri, quod fere probavit Bernhardyo griech. Litt. II 2 p. 639 edit. II. at hanc coniecturam maximopere dissuadet ceterorum eiusdem tituli librorum consentiens ratio. moneo de Duridis Samii, Cleophanis, Philochori, aliorum *περὶ ἀγώνων* scriptis grammaticis. cf. Fuhrius Dicaearchi p. 77, M. Schmidtius proleg. ad Hesych. p. CLXXXI.

VIII.

Photius bibl. p. 150 a 24 sqq. Bekk. ex Ptolemaei Chenni novis historiis haec excerpsit:

ὅτι τὸ 'χαὶ Προκλέους ἵπποι χλωρὰν ψαλάκανθαν ἔδου-

---

p. 254 hunc ipsum titulum extinctum it apud Harpocrationem Suidamque s. v. *Ἄκτια* pro *ἐν τῷ περὶ ἀγώνων* scribendo *ἐν τῷ πρώτῳ αἰτίων.* at ipse iam aliter iudicat griech. Litt. II 2 p. 639 edit. II. Bernhardyus autem cur *iure dubitasse* de libro *ἀγώνων* ab Heckero dicatur comm. Callim. p. 84, 1 me plane fugit.

σιν,' ἀγνοηθὲν Καλλιμάχῳ, Εὐβούλου ἐστὶ τοῦ κωμικοῦ εἰς Διονύσιον κωμῳδία. καὶ περὶ τῆς παρῳδήσεως τοῦ στίχου. ἡ δὲ ψαλάκανθα βοτάνη ἐστὶν Αἰγυπτία, ἥτις ἵπποις περιαπτομένη νίκην παρέχει καὶ εὐδαιμονίαν. φασὶ δὲ ὡς Ψαλάκανθα νύμφη ἐγένετο etc.

Ptolemaei quod supra scripsi testimonium Bentleius tabularum Callimachi reliquiis interposuit (πίναξ καὶ ἀναγραφὴ τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ' ἀρχῆς γενομένων διδασκάλων, p. 470 Ern. vel p. 221 Blomf.), ea tamen usus cautione ut subiceret: *et forsan hoc fragmentum alio referendum.* ac Meinekius frg. com. Gr. III p. 219: *Non dubitari potest quin hunc ipsum Ptolemaei locum de psalacanthe respiciat Suidas III p. 223: Πτολεμαῖος Κυθήριος, ἐποποιὸς οὗτος ἔγραψε περὶ ψαλακάνθης, ἐν τούτῳ δέ φησιν ὅτι βοτάνη ἐστὶ θαυμαστήν τινα δύναμιν ἔχουσα. Ex quo intelligitur quae de Ptolemaeo Cytherio grammaticus scripserat excidisse, reliquis autem οὗτος ἔγραψε etc. praefigendum esse Πτολεμαῖος Ἡφαιστίωνος. versum illum ex Eubuli fabula servatum ad Dionysii contumeliam (κωμῳδίαν) spectasse ipse indicat Ptolemaeus: verum ratio irrisionis haud satis aperta est. id unum scimus Proclem illum fuisse imperatorem Naxiorum patriamque prodidisse Dionysio olymp. XCIV 2. v. hist. crit. p. 361.*[31]) *Callimachus quo scripto locum attigerit nescimus. Ad πίνακας dubitanter rettulit Bentleius etc.* praeter hos unus et

---

31) *Ad eandem fabulam,* ibi ait Meinekius, *referendus est haud dubie versus a Ptolemaeo Heph. servatus apud Photium Bibl. . . . . ita enim recte Bekkerus e codd. dedit pro Διόνυσον, quod licet hoc loco satis aptum videri possit (nam etiam Dionysi nomine fabulam inscripsit Eubulus, et Psalacantham Bacchi fabulis implicitam fuisse ex ipso illo Ptolemaei loco intelligitur), tamen versum istum ex ea fabula quam in Siciliae tyrannum scripsit Eubulus depromptum esse, Proclis commemoratio docet, quippe quem Naxiorum ducem fuisse patriamque urbem Olymp. XCIV 2 Dionysio prodidisse e Diodoro Sic. compertum habemus.*

alter versiculum istum tetigerunt, qui vero caligines circumfusas discutere susciperet extitit nemo. iam nos videamus quid simus proprio Marte profecturi. quod enim post Hercherum pessime iam audit Ptolemaei novorum auctoris nomen[32]), non continuo indignum enodandi conatu totum problema est. quippe talem novimus istum non qui mera et inania somnia promat sed qui veris testatisve commenticia novaque cum quadam ratione superstruat atque affingat. quocirca si nihil aliud certe rationem mendaciorum ut perspiciamus operam dabimus, interim curiositatis male sedulae opprobrium haud pertimescentes.

Ac ratio irrisionis quidem non tam est abscondita quam videbatur Meinekio. Proclis equis, dicit Ptolemaeus, *ψαλάκανθα*, quam equis circumligatam[33]) gloria sequitur ac felicitas, data est comedenda, plane ut paganus iste absorpsit unguentum quod cruri aegro illinendum praeceperat medicus. ex hoc igitur fatali errore necesse est Dionysio tyranno pro *victoria et felicitate* ex equis sperata aliquid ridiculi infortunii venisse, ad quod ista *εἰς Διονύσιον κωμῳδία* spectarit. quale si circumspicimus non quaeremus nequicquam. Diodorus Sic. XIV 108 sq. narrat: *χρονιζούσης δὲ τῆς πολιορκίας διὰ τὸ τοὺς Ῥηγίνους ἀνυπέρβλητον εἰσφέρεσθαι σπουδὴν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας, Διονύσιος τὰς μὲν δυνάμεις συνεῖχεν ἐν ταῖς καθ᾽ ἡμέραν προσβολαῖς καὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν οὐκ ἐγκατέλειπε, τῶν δ᾽ ὀλυμπίων ἐγγὺς ὄντων ἀπέστειλεν εἰς τὸν ἀγῶνα τέθριππα πλείω διαφέροντα πολὺ τῶν ἄλλων τοῖς τάχεσι καὶ σκηνὰς εἰς τὴν πανήγυριν διαχρύσους καὶ πολυτελέσι ποικίλοις ἱματίοις κεκοσμημένας . . . . . τοῦ δ᾽ ἀγῶνος συντελουμένου συνέβη κατὰ τύχην τῶν Διονυσίου τεθρίππων τὰ μὲν ἐκπεσεῖν ἐκ τοῦ δρόμου, τὰ δ᾽ ἀλλήλοις ἐμπεσόντα συντριβῆναι,*

32) R. Hercher ueber d. Glaubwuerdigkeit der neuen Geschichte des Ptolemaeus Chennus 1856. quae commentatio seorsum edita est ex supplementis annalium Fleckeiseni I p. 269 sqq.

33) De *περιάμμασι* cf. Welckerus kl. Schr. III p. 71 sq.

παραπλησίως δὲ καὶ τὴν παρακομίζουσαν ναῦν τοὺς θεωροὺς ἀπὸ τῶν ἀγώνων ἀναχθεῖσαν ἐς τὴν Σικελίαν ἐκπεσεῖν τῆς Ἰταλίας εἰς Τάραντα διά τινας χειμῶνας. quae calamitas sine dubio cavillationem inviso omnibus tyranno concitavit non minus acerbam, quam nota illa de repulsa in poesi cum alias saepe tum maxime Olympiae tunc lata. cf. Diodor. Sic. XIV 109, XV 7, Dionys. Halic. v. Lys. c. 29. at haec, inquies, ut ita sint, quo vero iure fieri credamus ut in versu illo commemorentur Proclis non Dionysii equi? id quidem, fateor, divinare cum aliqua probabilitate non queo. sed pro Ptolemaei acumine sumere debemus, istud eum quibusdam argutiarum artificiis mendaciorum novitate haud reformidata utcunque conciliasse. veluti possit iactasse, Proclem proditorem gratia a Dionysio inita huic ad manum exinde fuisse eiusque quadrigas Olympiam deduxisse. namque Ptolemaeum nebulonem illi versui ementitam interpretationem adhibuisse nisi ceterae quas profert locorum *ἀπορουμένων* enarrationes sane quam novae consensu suo probarent, ipsius rei doceret ratio. quod ut patescat, age versiculum istum prope intueamur. qualis est, unde petitus? Meinekius quidem l. s. eum inter reliquias Dionysii comoediae Eubuli posuit, iniuria puto. ibi enim si olim legebatur, quo pacto auctor potuit Callimacho ignorari? dices *ἀγνοηθὲν Καλλιμάχῳ* nonnisi ad verba spectare *ἐστὶν . . . εἰς Διονύσιον κωμῳδία*, ut tantum vera interpretatio Callimachum latuisse narretur. at constabat inter omnes, totam comoediam in Dionysii cavillationem factam esse. quare talis enarrationis via digna vix fuisset Ptolemaei ingenio librique consilio. ac, ni fallor, etiam ipsa Hephaestionis Photiive oratio, qua graviter effertur *Εὐβούλου ἐστὶ τοῦ κωμικοῦ*, eo adigit ut ita potius interpretemur: nescivit Callimachus versum *χαὶ Προκλέους* etc. esse cavillantis et quidem ab Eubulo comico in Dionysii ludificationem factum. nec vero ab ipso Hephaestione est confictus; ita enim quae de nescientia secuntur Callimachi sensu prorsus destituta essent, id quod

plane non conveniret in rationem qua ceteroquin nugari solet. immo in omnibus *ἀπορουμένων* interpretationibus locis utitur genuinis, commenticiis explicandi adminiculis. quae tota consideratio eo nos ducit necessario, ut versum illum revera adespoton credamus, h. e. fuit vetus proverbium. namque in vulgus constat, inter paroemia Graeca haud paucos circumferri hexametros sive popularis inventionis seu ex continuis sumptos carminibus. quorum quaedam continent propria nomina pro certi hominum ordinis notione usurpata.[34]) atque ab nomine quidem licet conferre Phocylideum frg. 1:

καὶ τόδε Φωκυλίδεω· Λέριοι κακοί· οὐχ ὁ μὲν, ὃς δ'οὔ.
πάντες πλὴν Προκλέους· καὶ Προκλέης Λέριος.

proverbiis vero ita habitis quae insit sententia interdum haud ita facile dictu est. recte enim monet Hermannus ad Aesch. Ag. 36: *multa proverbia tam fortuitam habent originem, eam ut, nisi casu servata est memoria, nemo possit eruere.* et in praesenti quidem caussa eo minus certi quicquam statuere licet, quoniam desideratur Ptolemaeo certior testis quo compertum habeamus, quae vis *ψαλακάνθῃ* infuerit vel potius inesse credita sit. nec dissimile veri est, illud proverbium iam Ptolemaei memoria subobscurum fuisse, ut inprimis dignum visum sit grammatico in quo artem suam luculenter probaret. suspiceris tamen, contineri talem sensum: fortuna interdum ipsos pessimos sequitur.

Iam vide mihi, quam commode in officinam e qua exierunt novae historiae introspicere possimus. habebatur

---

34) Horum in numero refero v. c. versum:

ἐν δὲ διχοστασίῃ καὶ Ἀνδροκλέης πολεμαρχεῖ.

quem a Meinekio frg. com. IV p. 698 comici poetae immerito haberi puto collatis variationibus quas praebet Zenobius prov. III 77 (paroemiogr. Gotting. I p. 75 sq.) *ἐν δὲ διχοστασίῃ καὶ ὁ πάγκακος ἔμμορε τιμῆς* et *ἐν γὰρ ἀμηχανίῃ καὶ Καρκίνος ἔμμορε τιμῆς.* alia exempla sibi quivis ipse facili negotio e paroemiographis conquiret.

vetustum proverbium metricum incerti auctoris, significationis ambiguae. hoc aptum Ptolemaeus arbitrabatur unde praestigiis suis grammaticis materiam peteret. Proclem qui ibi nominatur fecit Proclem imperatorem, cui cum Dionysio res fuerat. iam in propatulo positum erat, ut cum equorum in proverbio mentione conecteret aliquo modo ignominiam illam, quae Dionysio Olympiae acciderat. et cum constaret Dionysium ab Eubulo comico acerbissime derisum esse, hunc versus ludicri auctorem autumavit.

His ita expeditis statim patescet, quorsum spectet Callimachi nescientia. prodit enim in rationem assumptis verbis *καὶ περὶ τῆς παρῳδήσεως τοῦ στίχου* scriptoris haec mens: Callimachus cum ignoraret versiculum istum ab Eubulo comico ludibrii caussa factum esse, eum tamquam serium *παρῳδήσει* aemulatus est.[35]) scilicet Callimachus, ait Ptolomaeus, hoc versu fretus nescio quos equos serio fecit *ψαλακάνθῃ* herba vescentes, quo eorum praestantiam indicaret. *quoque minus dubites* ipsam profero Callimacheam *παρῴδησιν.* nam legi eam suspicor in Dian. 162 sqq.

σοὶ δ' Ἀμνισιάδες μὲν ὑπὸ ζεύγληφι λυθείσας
ψήχουσιν κεμάδας, παρὰ δέ σφισι πουλὺ νέμεσθαι
Ἥρης ἐκ λειμῶνος ἀμησάμεναι φορέουσιν
ὠκύθοον τριπέτηλον, ὃ καὶ Διὸς ἵπποι ἔδουσιν.[36])

habes quidem hic *τριπέτηλον* illic *ψαλάκανθαν.* at, ni fallor, secundum Ptolemaei narrationem *ψαλάκανθα,* fabulosa

---

35) *Παρῳδήσεις* vel *παρῳδίας* qui e poetis enotant grammatici tantum non semper meras imitationes indicare volunt. cf. Firnhaber de tempore quo Heraclidas et composuisse et docuisse Euripides videatur etc. p. 4 sqq.

36) Welckerus Goetterl. II p. 409: . . . . . *zugleich hatte der Punkt drei im Namen Trioditis, Trivia, so grosses Gewicht fuer die Goettin, dass ja darum sogar der schlechte Fisch τρίγλη der Hekate, der τρίγληνος oder dreiaeugigen, geopfert wurde: was man nachahmend die Rosse der Artemis mit trifolium fuetterte.*

herba [37]), τριπετήλου aut τριφύλλου genus esse a quibusdam dicebatur. Ptolemaeus ait l. s. τὴν δὲ πόαν (ψαλάκανθαν) οἱ μὲν ἀρτεμισίῳ ἐοικέναι, οἱ δὲ μ ε λ ι λ ώ τ ῳ. ac τρίσφυλλον esse χαίτην μὲν λ ω τ ῷ . . . . εἴκελον vel τὸ μὲν φύλλον ἐμφερὲς τ ῷ λ ω τ ῷ docent Nicander ther. 523 eiusque scholiasta. est autem lotus trifolii species (trifolium melilotum appellavit Linnaeus), qua equi pascebantur. cf. Vossius ad Verg. georg. III 394.

Haec cui persuasimus, is non ibit infitias videri Ptolemaeum legisse non ὠκύθοον sed ὠκυθόον [38]) nec inter-

---

37) *Αἰγυπτία βοτάνη*, cf. Od. δ 227 sqq. *τοῖα Διὸς θυγάτηρ ἔχε φάρμακα μητιόεντα | ἐσθλά, τά οἱ Πολύδαμνα πόρεν, Θῶνος παράκοιτις, Αἰγυπτίη, τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα | φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα πολλὰ δὲ λυγρά. ψαλάκανθα* vero quaenam herba esset non satis constitisse docet cum Ptolemaei ambigua descriptio (*οἱ μέν — οἱ δέ*) tum Hesychius *ψαλάκανθα· τοῦτο δοκεῖ τισιν ἀδέσποτον εἶναι*, in quibus vitiosum esse *ἀδέσποτον* latereque nescio cuius plantae nomen suspicor. Galius histor. poet. scriptor. in notis ad Ptolem. Heph. p. 118 scribit: *ἀδέσποτον hoc quibusdam videri vocabulum notavit Hesychius.* scimus quid sit *ἐπιστολὴ ἀδέσποτος, φήμη ἀδέσποτος*, quid vocabulum *ἀδέσποτον* non item. Iahnius archaeol. Beitr. p. 293: *Ptolemaios erzaehlt die Sage bei Gelegenheit eines Verses des Komiker's Eubulos: χαὶ Προκλέους . . . . dessen Vrheber Kallimachos, wie er sagt, nicht gewusst habe. Daraus erklaert sich Hesych. s. v. ψαλάκανθα* . . . . ita qui interpretatur statuere debet, post verbum *ψαλάκανθα* versum *χαὶ Προκλέους* etc. intercidisse. at dubito, quia scriptum legitur *τοῦτο* . . . *ἀδέσποτον*, non *ὁ στίχος* . . . *ἀδέσποτος*.

38) Lobeckius paralip. p. 462: *Euripidis locus Suppl. 993, ubi ὠκυθόαι νύμφαι legitur tam multis modis depravatus est, ut ne sententia quidem satis clareat, nedum verba ad libellum exigi possint; accentum si sequimur a verbo compositum est, ut βοηθόος et ὠκυδρόμος,* sed herbae nomen *ὠκύθοον proparoxytonon est quasi ex duobus synonymis iunctum illorum modo, quae grammatici afferunt ἐναροκτάντης, στρεφεδινεῖν, ψηλαφᾶν etc. v. ad Aiac. p. 193. accentus tamen ne in proprio quidem sibi constat, Ὠκυθόος editum in Nonno XIII 144, Ὠκύθοος XXXVII 625 etc.* Meinekius in addend. ad l. s. *ὠκύθεον fere libri unde ὠκὺ θέον vel ὠκυθέον conicias, ut τριπέτηλον substan-*

pretatum esse *celeriter crescens* sed *celerem cursum efficiens*. cf. ὠκυτόκος alia. ὠκυθόον τριπέτηλον, dixit Ptolemaeus, trifolii certum genus, est ψαλάκανθα. at nosmet ne hac quidem in re fidem ei tuto haberemus. docet Heynius ad Verg. georg. I 215 a Callimacho indicari Medicam herbam equorum pabulum praestantissimum (cf. Strab. XI p. 525, Suid. s. v. Μηδικὴ πόα). *secatur incipiens florere et quotiens refloruit. id sexiens evenit per annos.* ita Plinius n. h. XVIII 16 (43) de herba Medica. unde ὠκύθοος apte dici potuit. nam eundi verba ad plantas pullulantes satis frequentia transferuntur. cf. Meinekius ad Soph. Oed. Col. 698.

Itaque Callimachum cum hymni in Dianam scriberet versum 165 quaelibet potius quam proverbium istud cogitasse, vix opus est ut moneam. sed omnino in parodias odorandas veteres critici acriter incubuerunt, quo et lectionis copiam varietatemque et ingenii perspicitatem ostentarent. nec solus Ptolemaeus in Callimacho talia quaesivit invenitque. nam idem prorsus quod ille crimen nec maiore iure Callimacho ingerit scholiasta Victorianus ad Il. *Z* 484 δακρυόεν γελάσασα. οὐκ ἐνόησεν οὖν Καλλίμαχος τὸν στίχον εἰπών· ἐπεὶ θεὸς οὐδὲ γέλασσεν ἀκλαυτί, quae pleniora dat et emendata schol. Gregor. Naz. ad or. Stelit. I p. 70 ed. Montac. (Callim. frg. 418 Blomf. cf. Naekius opusc. II p. 155):

ἐπεὶ θεὸς οὐδὲ γελάσσαι
ἀκλαυτεὶ μερόπεσσιν ὀϊζυροῖσιν ἔδωκεν.

at plurimum abest ut Homericum versum Callimachus respexerit, qui longe diversam sententiam istic executus est, humanae sortis communem miseriam.[39]) ipse risus, ait

---

tivum sit. at ὠκύθοον legit Pamphilus. cf. Hesych. ὠκύθοον. πόα τις ἡ τρίφυλλος καλουμένη. ac scholiastam Callimachi ὠκὺ θέον vel ὠκυθέον legisse, ut videtur Meinekio, vix sequitur ex eis quae adnotat: τὸ ταχέως ἀνατέλλον τρίφυλλον. substantivi vice sane ponitur ὠκύθοον, plane ut τὸ μινυανθές, quod ipsum quoque trifolii genus est.

39) Eandem sententiam Callimachus alias quoque expressit. Ci-

poeta acutule, lacrimas hominibus exprimit. neque rectius sapiebat scholiasta Platonis, qui ad verba symp. p. 218 b *οἱ δὲ οἰκέται καὶ εἴ τις ἄλλος ἐστὶ βέβηλός τε καὶ ἄγροικος πύλας μεγάλας τοῖς ὠσὶν ἐπίθεσθε* haece adscripsit: *ἐντεῦθεν παρῴδησε Καλλίμαχος ἐν ὕμνῳ Δήμητρος καλάθου τὸ 'θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι.'*

Denique verbo moneo, quod post Hercherum facile videre licet, de Suidae glossa quae est s. v. *Πτολεμαῖος Κυθήριος* Meinekium minus recte iudicasse. namque integerrimus est articulus ille; Suidas autem Ptolemaeo Hephaestione usus huius de psalacantha ementitum auctorem Ptolemaeum Cytherium, quem non inspexerat, quam Ptolemaeum Chennum, quem unum inspexerat, nominare ambitiose maluit.

IX.

Iam nos, quia *iucundum nihil est nisi quod reficit varietas*, missis fragmentis corollarii loco explicabimus quaedam ex hymnis et epigrammatis Callimachi sumptas

---

cero Tuscul. I 39 (Callim. frg. 363) *quamquam non male ait Callimachus, multo saepius lacrimasse Priamum quam Troilum.* h. e. simpliciter si loquimur: quo quisque diutius vivit, eo plures aerumnas patitur. nominatur omnino Priamus pro exemplo miseri hominis (Plut. Gryll. c. 6 *Πριάμου βαρυποτμότερος*, cf. Ov. trist. V 12, 7, alia), nec non grandaevi (v. c. anth. Pal. XII 191). atque opponuntur sibi Troilus et Priamus ut puero senex a Stratone quoque Callimachi epigrammatum imitatore anth. Pal. XII 191: *ἐχθὲς Τρωΐλος ὢν πῶς ἐγένου Πρίαμος;* collatis igitur Plutarchi verbis Callimachum exprimentis consol. ad Apollon. c. 24 *μεῖον γὰρ ὄντως Τρωΐλος ἐδάκρυσεν ἢ Πρίαμος* (quae secuntur lacuna sunt turbata et sic fere instauranda: videntur *οὗτος δ' [εὐτυχέστερος ἂν ἦν] εἰ προετελεύτησεν ἔτι ἀκμαζούσης αὐτῷ τῆς βασιλείας* etc.), quae pentametri numeros prodere Ernestio recte videbantur, credibile dixerim, sententiolam istam tituli sepulcralis in infantem scripti exitum fuisse. vides autem hoc dictum ex celebratis fuisse Callimachi.

quaestiones. seposuimus autem tria numero loca, duo ob argumenti proprietatem unum ob sententiae obscuritatem maxime celebrata.

Notus cuique est hymni in Apollinem Callimachei epilogus, qui agitatae inter Callimachum et Apollonium simultatis unicum praeter Apollonii epigramma anth. Pal. XI 275 superest monumentum. epilogum quod illos versus dixi, ita redarguere summatim volui mirabilia doctorum hominum commenta, quibus hoc ut explicaretur elaboraverunt, quod nulla plane argumenti continuitas cognoscitur, qua v. 105—113 et qui praecedunt inter se apti sint. etenim rem acu tetigit Merkelus ubi suspicatus est (proleg. in Apollon. p. XIX), istos versus a poeta esse tum maxime adiectos — rectius dixisset pristino carminis exitui substitutos —[40]), cum singulos hymnos antehac diversis temporibus per sollemnium occasiones cantatos in unum colligeret atque ederet. iam si quaeres, cur tandem poeta huic potissimum carmini talem epilogum subiunxerit, hac quidem in re aliquanto minus persuadebit eiusdem Merkeli spinosa et argutiarum plena disputatio. ego suspicor, non aliam caussam subesse, quam quod ille ipse hymnus, cum caneretur, ab Apollonio ut minutior quam qui deo poetarum antistite dignus esset reprehensus erat. cetera consilii ratio pendet partim e verborum scriptura non ubique satis certa. infra scribam versus 105—113 quales librorum consensu traduntur, nonnisi recepta v. 105 Heckeri emendatione *ἐπ' οὔατι* pro codicum *ἐπ' οὔατα*, et v. 106 Meinekiana *οὐ τόσα* pro *οὐδ' ὅσα*.

ὁ φθόνος Ἀπόλλωνος ἐπ' οὔατι λάθριος εἶπεν·
'οὐκ ἄγαμαι [41]) *τὸν ἀοιδὸν ὃς οὐ τόσα πόντος ἀείδει.'*

---

40) Nam sollemnis peroratio a *χαῖρε* incipiens deesse non poterat. at facile uno tantum duobusve versiculis, qui illud *τὸ δ' ἐξέτι κεῖθεν ἀείδῃ* sequebantur, constitit.

41) Cf. Nonnus Callimachi aemulus lector Dion. XXV 111, 180, 228, XLIII 147, XLVIII 520, alibi.

τὸν Φθόνον Ἀπόλλων ποδί τ' ἤλασεν ὧδέ τ' ἔειπεν.
'Ἀσσυρίου ποταμοῖο μέγας ῥόος·[42]) ἀλλὰ τὰ πολλὰ
λύματα[43]) γῆς καὶ πολλὸν ἐφ' ὕδατι συρφετὸν ἕλκει.[44])
Δηοῖ δ' οὐκ ἀπὸ παντὸς ὕδωρ φορέουσι μέλισσαι,
ἀλλ' ἥτις καθαρή τε καὶ ἀχράαντος ἀνέρπει[45])
πίδακος ἐξ ἱερῆς, ὀλίγη λιβάς, ἄκρον ἄωτον.'[46])
χαῖρε ἄναξ, ὁ δὲ Μῶμος ἵν' ὁ Φθόνος ἔνθα νέοιτο.

Ab ultimo versu ut initium capiamus, facile apparet verba ὁ δὲ Μῶμος ἵν' ὁ Φθόνος ἔνθα νέοιτο non habere sanum explicatum. et quidem recte statuere, Μῶμον eundem esse ac Φθόνον. quod ut rationibus confirmarent perapposite uti eis exemplis poterant, quibus Welckerus alte Denkm. III p. 256 probat, a poetis antiquis promiscue nominari Μῶμον et Φθόνον. ita v. c. Babrius fab. LIX 17 sq.

πειρῶ τι ποιεῖν, τὸν Φθόνον δὲ μὴ κρίνειν.
ἀρεστὸν ἁπλῶς οὐδέν ἐστι τῷ Μώμῳ.

quam ob caussam vulgata dudum est inque ordinem a Meinekio nuper recepta emendatio ex Aldinae editionis margine sumpta ἵν' ὁ φθόρος. quam equidem scripturam etiamsi omnium esset codicum praecise improbarem. num qui enim Graecus ἴθι ὅπου φθόρος ἐστιν pro ἴθι ἐς φθόρον, vel Romanus *abi ubi mala crux est* pro *abi in malam crucem* vel simile pro simili umquam dixit? non credo. nam ne dicam de constanti ac sollemni brevitate ab omni novandi studio tuta quae solet talium formularum esse, ista circumlocutio cum miris modis langueat tum ad rectam cogitandi rationem aptari aegre potest. quacum aliquanto

---

42) Cf. Nonnus Dion. VI 311, alias.

43) Hesych. λύματα . . . . τὰ καθάρματα.

44) Hesych. ἕλκει. ἀνάγει. σύρει.

45) Hesych. ἀνέρπει· ἀνέρχεται. indicavit Meinekius ad. h. v.

46) Hinc sumpsisse Agathiam hist. II 30 τὸ ἄκρον ἄωτον κατὰ τὴν ποίησιν omisi commemorare ubi Callimacheae lectionis quae apud Agathiam inveniuntur vestigia composui de Callim. Cyd. p. 101 sq. cf. Heckerus comment. Callim. p. 111.

melius convenit, quod nostrates invisos quosque exulare iubent *ubi piper crescit.* et accedit alterum. Meinekius bene affert Apollonii versum ex noto illo sermone quem Medea secum habet Argon. III 786:

ἐρρέτω αἰδώς,
ἐρρέτω ἀγλαΐη· ὁδ' ἐμῇ ἰότητι σαωθεὶς
ἀσκηθὴς ἵνα οἱ θυμῷ φίλον ἔνθα νέοιτο

quae tanta similitudo eo facile ducit, ut in Callimacheo quoque versu istud *ἵνα . . . . ἔνθα νέοιτο* non absimili notione h. e. sensu non translato positum arbitremur. quod reputanti parata erit suspitio spectare verba in quae inquirimus ad voluntarium Apollonii exilium Rhodiacum, sicuti illis *τὸν Φθόνον Ἀπόλλων ποδί τ' ἤλασεν* turpem repulsam indicari quam passus in prima Argonauticon *ἀποδείξει* solum poeta vertit veri non est dissimile. hinc elucescit emendationis probabilis via. scripserim:

ὁ δὲ Μῶμος ἵν' οὐ φθόνος ἔνθα νέοιτο.

Momus vero eo abeat (in Rhodum scilicet), *quo (abire) ei non invidetur.* nota quippe locutio *οὐδεὶς φθόνος* cum infinitivo. scito autem eandem scripturam ante hos paene centum annos protulisse a se excogitatam I. F. Heusingerum in emendationum Callimachearum periculo p. VIII. cf. nov. act. eruditor. Lips. anni 1768 p. 362. quamquam eisdem verbis aliam interpretationem adhibui.[47])

---

47) Transcribam ipsa eius verba, quoniam ille libellus videtur paucissimorum in manibus esse, vix ullo sane litterarum detrimento: *Χαῖρε, ἄναξ, ὁ δὲ Μῶμος, ἵν' ὁ φθόρος, ἔνθα νέοιτο. Ita nunc editur hic versus, sententia quidem satis concinna. Nec de emendatione cogitarem, nisi aurem mihi vellerent critici qui adnotaverunt in antiquis libris pro φθόρος scriptum fuisse φθόνος. Hinc intelligere mihi videor, Callimachum scripsisse ἵν' οὐ φθόνος, ἔνθα νέοιτο. Non potuit poeta Momum suum in alium locum facetius ablegare, quam in eum, ubi nulla invidia est, id est in extremam miseriam. Φθονεῖ γὰρ οὐδεὶς τῷ δυστυχοῦντι, ut est apud Plutarchum de invidia atque odio p. 538 B. Dictum Callimachi suum fecit Martialis, quum ita ludit lib. I epigr. 41.*

omnibus invideas, invide, nemo tibi.

Haec quidem obiter et in transcursu. confidentius alium eiusdem epilogi versum emaculabo. Apollo censurae vindex quo delicatam parvitatem prae pingui magnitudine amplectendam monstret duabus utitur imaginibus, quarum perspicua aptaque est altera, altera ni fallor vacillat atque claudicat. Cereri non ἀπὸ παντός aquam portant melissae sacerdotes, sed e sacro fonte qui purus ac limpidus, parvus latex, profluit, summum florem. cetera sententiae verborumque ratio certa est ac proba; quid vero fiet isto ἀπὸ παντός? Ernestius, qui *cum versio hymnorum vulgata multis locis parum accurata nec satis Latina esset* novam confecit, ne commemorem quod poetae verba falso iungit, οὐκ ἀπὸ παντός interpretatur *non e quovis flumine.* anteaque Frischlinus *non ex omni fluvio.* at ipsa fluminis notio unde suppleri queat frustra circumspicimus. nec neutrum nomen probabiliter statuetur, cum vix unquam Graeci dixerint ἀπὸ παντός pro πάντοθεν. denique ne sententiae quidem ἀπὸ παντός ullo modo aptum est. si enim interpretabere cum Spanhemio *non undecumque promiscue aqua fertur,* ita perit hercle imaginis ratio, quae non ea est ut certa quaedam aqua ceteris, sed ut vastae aquarum moli parvus lautusque humor praeferendus declaretur. sin autem vertes, *non undique terrarum simul aqua comportatur,* vide ne ridiculum colorem poetae iniunxeris. scripsit Callimachus, si quid video:

Δηοῖ δ' οὐκ ἀπὸ π ό ν τ ο υ ὕδωρ φορέουσι μέλισσαι.

nimirum constat alias aquas in aliis sacris fuisse usu sanctas, in his fontium, in illis fluvialem, in aliis marinam, eaque discrimina ne confunderentur summa relligione cautum esse.[48]) iam quae istic sacra indicentur, haud quidem satis est apertum; at cum ex scholiis Pind. IV 104 pateat, melissarum in Cereris θεσμοφόρου cultu potissimas partes fuisse, veri admodum simile est A t t i c o r u m t h e s m o-

48) Cf. Spanhemius commentar. ad Callim. p. 151, Hermannus gottesdienstl. Alterth. d. Griechen p. 125 et 127 n. 7. 8.

phoria indicari atque *ἱερὰν πίδακα* esse Callirrhoam. is enim fons cum omnino in magno honore apud Athenienses haberetur tum in sacris rebus varie adhibebatur, ut auctor est Thucydides II 15: *καὶ τῇ κρήνῃ τῇ νῦν μὲν τῶν τυράννων οὕτω σκευασάντων Ἐννεακρούνῳ καλουμένῃ τὸ δὲ πάλαι φανερῶν τῶν πηγῶν οὐσῶν Καλλιρρόῃ ὠνομασμένῃ ἐκεῖνοί τε ἐγγὺς οὔσῃ τὰ πλείστου ἄξια ἐχρῶντο, καὶ νῦν ἔτι ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου πρό τε γαμικῶν καὶ ἐς ἄλλα τῶν ἱερῶν νομίζεται τῷ ὕδατι χρῆσθαι.* quae quidem suspitio non mediocriter inde confirmatur, quod super hunc ipsum fontem Cereris et Proserpinae templum (Eleusinium) extructum erat; quapropter in sacris Cereris huius aquae procul dubio usus fuit. Pausanias I 14: *ἐς δὲ τὸ Ἀθήνησιν ἐσελθοῦσιν ᾠδεῖον ἄλλα τε καὶ Διόνυσος κεῖται θέας ἄξιος. πλησίον δέ ἐστι κρήνη, καλοῦσι δὲ αὐτὴν Ἐννεάκρουνον οὕτω κοσμηθεῖσαν ὑπὸ Πεισιστράτου· φρέατα μὲν γὰρ διὰ πάσης τῆς πόλεώς ἐστι, πηγὴ δὲ αὕτη μόνη. ναοὶ δὲ ὑπὲρ τὴν κρήνην ὁ μὲν Δήμητρος πεποίηται καὶ Κόρης, ἐν δὲ τῷ Τριπτολέμου κείμενόν ἐστιν ἄγαλμα.*

X.

Versibus modo tractatis non minus fere est notabilis ac celebris hymni in Dianam scripti ea pars, ubi Mercurius narratur deorum liberos qui Olympum habitent cum male se gerant perterrefacere quasi quaedam *Μορμώ*. pulcre enim discitur hoc exemplo, qua arte Alexandrini poetae deorum notiones fabulando ad humanarum rerum similitudinem tamquam ludentes traduxerint illasque affictis vitae imaginibus de medio arcessitis, quibus omnino mirum quantum favebant, in humilius transformarint. opportune autem accidit huic loco ut enarratorem nancisceretur Mauritium Hauptium; v. Berichte d. saechs. Gesellsch. d. Wissensch. III p. 39 sqq. qua disputatione licet reliqua feliciter expediantur ac subtiliter illustrentur uni tamen

vocabulo non bene consultum videtur. subiciam v. 66—71 quales scribi cum Hauptius tum Meinekius voluere.

ἀλλ' ὅτε κουράων τις ἀπεχθέα μητέρι τεύχει,
μήτηρ μὲν Κύκλωπας ἑῇ ἐπὶ παιδὶ καλιστρεῖ,
Ἄργην ἢ Στερόπην· ὁ δὲ δώματος ἐκ μυχάτοιο
ἔρχεται Ἑρμείης σποδιῇ κεχριμένος αἰθῇ.
αὐτίκα τὴν κούρην μορμύσσεται· ἡ δὲ τεκούσης
δύνει ἔσω κόλπους θεμένη ἐπὶ φάεσι χεῖρας.

haec plana et apta omnia, nisi quod me moratur unum verbum *κεχριμένος* (v. 69), ne traditum illud quidem a librorum auctoritate, qui habent vulgo *κεχρημένος*, sed coniectum a Stephano Graevioque. de Hemsterhusio codicum scripturae patrono doctiore quam feliciore merito tacebimus. amborum quos nominavi emendationem iam antea ab eo excogitatam qui exaravit codicem Parisinum regium et approbavit Hauptius et in verborum ordinem recepit Meinekius. quid vero? num magis Graeci dixerunt *σποδιῇ* aut *σποδῷ χρίειν* quam vel Romani *cinere ungere* vel nostrates *mit Asche salben*? immo nusquam nisi de rebus liquidis vel liquore temperatis [49]) verbum *χρίειν* usurpaverunt. non dubito quin Callimachus scripserit:

σποδιῇ κεχρωμένος αἰθῇ

vel si mavis

σποδιῇ κεχρωσμένος αἰθῇ.

Aratus prognost. 106 sq.

εἴ γε μὲν ἀμφοτέροις [50]) *ἄμυδις κεχρωμένος εἴη* —.

ubi vide quo pacto fluctuent libri scripti: *κεχρωμένος* (ita duo codices bonitate conspicui Stobaei eclog. phys. p. 544

---

49) Cadit hoc etiam in eos locos ubi iungitur *χρώματι χρίειν*, ut Xen. Cyrop. 7, Suid. s. v. *Αἰσχύλος*.

50) Scilicet et rubro et nigro colore. Parisini C scriptura *ἀμφοτέρων* adaptata est ad depravatum verbum *κεχρημένος*. Avienus interpretatur v. 235 sq.

ceu picturato diversos ore colores
profert etc.

ed. Heeren.), *κεχρωσμένος, κεχρημένος.* atque octo versibus post rursus variant libri: *κεχρημένος, κεχρωσμένος.* iam vix casu factum dices, quod hymnorum liber Vindobonensis *satis mirabili errore*, ut videbatur Meinekio, hanc discrepantiam habet: κεχρημένος ὤ μ ο υ ς. nam ultro nascitur suspitio, in vetustiore quodam libro e quo fluxit Vindobonensis scriptum fuisse κεχρημένος (ωμένος superscriptum), dein librarium correctionem falso legisse — sunt enim simillima inter se compendia quae significant ωμενος et ὤμους — inque versum recepisse ubi expulerit vocabulum αἰθῇ. parum enim est apposita ad persuadendum Meinekii coniectura: *observabatur librario Homericum εἰλυμένος ὤμους.* denique sequi etiam videtur e varia lectione ὤμους, praeferendam in loco praesenti esse κεχρωμένος formam alteri quae inferiore aetate obtinuit κεχρωσμένος. quae simul correctio cum lenior tum vero ex sermonis ratione commendabilior est, si quidem recte iudicat Buttmannus ausfuehrl. Sprachl. II p. 331; cf. Lobeckius ad Soph. Aiac. v. 704 p. 316.

XI.

In epigrammatis Callimacheis etiamnunc quaedam sunt aporemata nondum enodata. his enim poematiis praeter communem Palatini libri depravationem offecit propria virtus, acuta ac decisa brevitas nostro qui sero vivamus indicio obscuritati saepe proxima. quo fit ut haud raro et in corruptis tentantis certae interpretationis praesidio destituamur et vacuos corruptione versus ob impeditam sententiae rationem suspectemus. illustre exemplum est epigr. XLVII eximie lepidum et acutum. cuius rationem reconditam ingeniosa felicitate ita aperuit Bentleius,[51]) ut una vocula leniter immutata quibusdam secus atque an-

51) Cf. Bentley's Abhandlungen ueber die Briefe des Phalaris deutsch v. Wold. Ribbeck p. XXXVIII.

tea explicatis simplex veritas ultro explenduerit. aliud exemplum ut ad illas laudes haud adspirans ita certe quidem genere finitimum iam ego promam.

Erat crux interpretum Callimachi epigr. XLVIII:

Εὐμαθίην ᾐτεῖτο διδοὺς ἐμὲ Σῖμος ὁ Μίκκου
παῖς Μούσαις· αἱ δὲ Γλαῦκος ὅκως ἔδοσαν
ἀντ' ὀλίγου μέγα δῶρον. ἐγὼ δ' ἀνὰ τήνδε κεχηνὼς
κεῖμαι τοῦ Σαμίου διπλόον, ὁ τραγικὸς
παιδαρίων Διόνυσος ἐπήκοος· οἱ δὲ λέγουσιν
'ἱερὸς ὁ πλόκαμος', τοὐμὸν ὄνειαρ ἐμοί.

Bacchum tragicum Musis a Simo Micci filio ob impetratam docilitatem ex voto consecrari, hoc quidem facile perspectu erat. cetera quamquam ambiguntur omnia, tamen haec pro certis continuo sumi possunt: qui petierat docilitatem eamque nactus donavit *Bacchum tragicum* fuit discipulus,[52]) atque ille cum in ludo positus esset cotidie audivit pueros recitantes versus tragicos, in quibus illa e Bacchis Euripidis petita verba (v. 494) maximo gaudio deum afficiunt. neque magis posse dubitari videtur, quin *Διόνυσος τραγικός* persona tragica sit, quod confirmatur artis operibus.[53]) aenigmatis vero nemini dum

52) Meinekius quidem ait: *Simus histrio tragicus videtur ab Alexide apud Athen. IV p. 160 a Callimacheo fortasse non diversus. is igitur dedicata Musis persona Dionysi precatus erat ab his ut quas acturus erat in Baccharum fabula partes rite disceret; res ultra spem feliciter cessit victorque renuntiatus est. ita haec intelligo, non ut alii, qui εὐμαθίην ad puerilia Simi in ludo literario studia referunt.* haec interpretatio vereor ne plane neglectis verbis *παιδαρίων ἐπήκοος* excogitata sit. quid enim rei personae ab histrione aliquo dedicatae cum pueris? insuper confirmatur ea quam nos sequimur explicatio epigrammate anth. Pal. VI 308 post Heckerum a Benndorfio comparato:

Νικήσας τοὺς παῖδας, ἐπεὶ καλὰ γράμματ' ἔγραψεν,
Κόνναρος ὀγδώκοντ' ἀστραγάλους ἔλαβεν,
κἀμὲ χάριν Μούσαις τὸν κωμικὸν ὧδε Χάρητα
πρεσβύτην θορύβῳ θήκατο παιδαρίων.

53) Cf. O. Iahn roemische Alterthuemer aus Vindonissa (Mittheilungen der antiquarischen Gesellschaft in Zuerich XIV 4) p. 13 (103):

soluti instar sunt verba: ἐγὼ δ' ἀνὰ τήνδε κεχηνὼς | κεῖμαι τοῦ Σαμίου διπλόον. Bentleius aliquid Pythagorici symboli odoratus est: *Διπλόος τοῦ Σαμίου est litera Samii Pythagorae Y; sic dicta quia in duplicem ramum dividitur. Notum illud: 'Litera Pythagorae discrimine secta bicorni.' et illud: 'Et tibi quae Samios diduxit litera ramos | surgentem dextro monstravit limite collem.' Bacchus iste situs erat e regione literae Y, quae prope ludum literarium posita bivium virtutis et vitiorum pueris monstrabat.* Iacobsio, quamquam cetera rectius quam Bentleius interpretatur, *Bacchi persona in bivio collocata esse videtur.* Bernhardyus Eratosthen. p. 87 sq. intellexit quidem *Διόνυσον κεχηνότα* respici, at vide quid hinc profecerit: ἐγὼ δ' ἀνάκειμαι κεχηνώς (*Διόνυσος ἐγὼ κεχηνώς, simulque hians ad puerorum exercitationes), τήνδε τοῦ Σαμίου διπλόον (i. q. διπλοίδα, duplici veste, Samii donario indutus, quomodo accusativum maxime recentiores, inprimis Lucianus, scriptis suis intulerunt).* tenebris offundit tenebras Heckerus comment. de anth. Gr. edit. I p. 161 sq. *personam tragicam hic intelligendam esse abunde monstrat κεχηνώς . . . quare et in verbis τήνδε διπλόον, quae forma feminina notanda, ad rem scenicam respicere videtur Poeta; notum enim quid*

Dies gilt auch von der Figur eines mit einer langen Tunica bekleideten Knaben der den rechten Arm ruhig herabhaengen laesst, waehrend er in der linken einen undeutlichen Gegenstand haelt. Ein besser erhaltenes Exemplar derselben zeigt, dass es eine Maske ist, indessen moechte ich daraus nicht mit Caylus schliessen, dass in dieser entschieden noch knabenhaften Figur ein dramatischer Dichter oder Schauspieler dargestellt sei. Auf roemischen Sarkophagen ist der Vnterricht des Knaben so dargestellt, dass waehrend dieser lesend vor dem Lehrer steht, daneben eine oder auch zwei Musen erscheinen, welche ihm eine Maske vorhalten, offenbar um anzudeuten, dass die Lectuere der dramatischen Dichter eine wesentliche Rolle im Vnterricht spiele. Demnach scheint die Annahme nicht unpassend, dass dieser Knabe die Maske auch als Symbol des Vnterrichts in der Hand halte.

auctoribus fuerit ἡ διπλῆ. macte esto, his qui uti poteris! at cunctis istis interpretamentis ne hilum quidem profici quivis pervidebit ac religiose refellendi ambages remittet. διπλόον nec littera est Pythagorica bifurca nec bivium nec duplex vestis nec dipla. quorum nihil vel cum Graecis coit vel ad planam ducit atque aptam sententiam. itaque assentiendum Meinekio est: *adhuc obscura sunt verba ἀνὰ τήνδε — Σαμίου διπλόον etiam post Bentleii et Iacobsii explicationes; nec quidquam proficitur animadversione Heckeri etc.*

Cultum Διονύσου κεχηνότος [54]) Sami olim extitisse auctores sunt Aelianus h. a. VII 48 et Plinius n. h. VIII 16 (21), qui dei caussam fabulose explicat. cum igitur hiantem Bacchum aliquo modo istic tangi monuerunt Bernhardyus l. s. Meinekius anal. Alex. p. 140 sq. Benndorfius de anth. Gr. epigr. quae ad artes spectant p. 44. iam ipsa res suadet ut credamus, illum τραγικὸν Διόνυσον personam tragicam ob hiscens os componi cum Baccho Samio. nunc vide mihi quo pacto complicata ista sententia evolvatur: *ego vero pro illa (magna docilitate) duplo magis quam Samius (Bacchus) hians adsto.* en lepidus ac festivus qui emergit poematii color. fingitur hiare Bacchica persona non alia caussa, quam ob tantum Simi repentinam εὐμαθίην, et quidem in tanto miraculo duplo magis quam Samius ille Bacchus. morosius poetam rerum veritati adstrictum iret qui obiceret, quod iam tum hiabat persona, cum docilitatem expetens dedicaret eam Simus. hoc enim licitum fuit neglegere illi, dum Bacchum vivum sponte rictum distendisse fingit. verborum ratio plane est per-

---

54) Apollinis κεχηνότος statuam commemorat Clemens Alexandr. protr. p. 33 init., ubi errore Apollinem pro Baccho nominari vix mihi persuadet Prellerus Polemonis p. 109. namque Bacchum illum quod canebat ore hiante repraesentatum fuisse (Μελπόμενον) haud improbabilis suspitio Meinekii est. itaque extitisse etiam Apollinem qui diceretur κεχηνώς non est quod mirere.

spicua. notum κεχηνέναι de admirantibus (inhiare alicui rei), cf. Aristoph. equ. 651, Iacobsius Achill. Tat. p. 847 ad p. 137, 22; ac διπλόον cum genetivo iungitur comparationis non minus quam διπλάσιον; cf. Platon. Tim. 8 p. 35 b.

Vides cadere interdum etiam in philologos illud, quod in astrologos Ennius dixit: *quod est ante pedes nemo spectat.* quippe elusit viros doctos abscondita sectantes ipsa veritatis simplicitas.

INDEX SCRIPTORVM

asteriscum praeposui fragmentis Callimacho e coniectura assignatis.



